DISSERTATIO INAUGURALIS

BOTANICO-MEDICA,

DE

THEA.

DISSERTATIO INAUGURALIS
BOTANICO-MEDICA,
DE
THEA,

QUAM,

FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

JANI RICHARDI DE BRUEYS,

JUR. UTR. DOCT. ET PROF.

AMPLISSIMIQUE SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO ET SOLEMNI EXAMINE SUBMITTIT

CORNELIUS ADRIANUS BERGSMA,

LEOVARDIA-FRISIUS.

DIE XVII MAJI MDCCCXXV, HORA XII.

TRAJECTI AD RHENUM,

EX OFFIC. JOH. ALTHEER,

ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

Non, après la vertu, rien ne peut nous conduire plus sûrement, a la félicité, que l'amour des sciences naturelles.

Lacépéde.

VIRIS AMPLISSIMIS,

PATRUO CARISSIMO,

ENNIO HARMEN BERGSMA,

JUR. UTR. DOCT. ORDINI EQUESTRI LEONIS BELGICI ADSCRIPTO, CURIAEQUE SUPREMAE, QUAE EST HAGAE COMITUM, MEMBRO.

ET

AVUNCULIS DILECTISSIMIS,

PAULO CORNELIO SCHELTEMA,

SOCIETATIS OECONOMICAE HARLEMENSIS SOCIO HONORARIO, VARIISQUE IN REPUBLICA GESTIS MUNERIBUS CONSPICUO.

ET

JACOBO SCHELTEMA,

JUR. UTR. DOCT. ORDINI EQUESTRI LEONIS BELGICI ADSCRIPTO, INSTITUTI REGII ALIARUMQUE SOCIETATUM MEMBRO. SUPREMAE CURIAE MILITARIS GRAPHIARIO.

hoc opusculum

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Quod multis evenire ſolet, ut opere quodam occupati, variis et inexpectatis rebus impediantur, quominus conſilia perficiant ſua, id mihi etiam accidit nec opinanti. Nam cum omnibus, quae ad Naturalem aut ad Medicam THEAE *historiam pertinerent, collectis, additaque iis analyſi Chemica, haec tanquam academicum ſpecimen edere, apud animum decrevisſem, et multa mihi jam ad argumentum meum pertinentia retulisſent Ornatisſimi Viri* H. DOEFF *et* J. COCK BLOMHOFF, *qui uterque perdiu in* Japonia *erant verſati; cumque abſoluta fere jam esſet analyſis Chemica, eam tamen in me vim habuerunt variae res, ut nunc non niſi botanicam et medicam partem adum-*

bra-

brare et edere potuerim. Quod tamen ita unusquisque accipiat velim, ut, quam primum res et tempora sinant, me, quae desunt, additurum, et omnia in unum collecta, in lucem prolaturum esse, sentiat. Qua in re omnes harum rerum peritos, ut mihi aut consilio aut re adjuvent, qua par est modestia, rogo et invito, cum illud sibi persuasum habere possint, qui maxime mihi aderit, eum mihi omnium longe jucundissimum fore.

Quantum enim in animum et studia mea vim habeant eruditissimorum Virorum admonitiones et praecepta, id mihi, per totum illud, quod confeci, academicum curriculum contigit observare. Hisce igitur Viris omnibus, quorum scholis et in illustri Franequeranorum Athenaeo, et in clarissima hac Academia per octo annos interesse mihi licuit, quorumque eheu! tres jam fato functi suo sunt, pro multis in me collatis beneficiis, gratias maximas et nunc ago et semper habebo.

Jubet tamen me peculiaris quidam et jucundissimus animi sensus, Viris Clar. J. G. S. VAN BREDA *et* N. C. DE FREMERY, *qui singulari et egregia plane amicitia me sua ornaverunt, gratissimum animum meum hic palam profiteri. Quorum opera cum id consi-*

si-

secutus sim, ut et semper mihi laboratoria Chemica paterent, et occasio mihi praeberetur experimenta faciendi, tum vero etiam ut studio, quod semper in deliciis habui, Chemiae possem satisfacere, ingratissimus profecto et essem et haberer, si ullus umquam dies ex memoria mea tantorum beneficiorum deleret recordationem.

Neque vero silentio mihi praetereundi sunt Promotor *meus, Vir Clar.* J. J. WOLTERBEEK, *et Viri Clar.* N. C. DE FREMERY, C. G. C. REINWARDT *et* G. VROLIK, *qui, quoscumque tandem libros mihi ad argumentum meum possent suppeditare, eos mihi suppeditaverunt: et Doct. Vir* J. H. KOCH, *Bibliothecae academicae nostrae* Custos, *cujus, quanta solent esse cum facilitate et humanitate conjuncta erga omnes omnino Academiae cives merita, tanta ipse expertus sum in hac disputatione conscribenda.*

Plurima quoque me debere sentio Viro Doct. C. H à ROY *et Viris Cons.* D. H. BEUCKER ANDREAE *et* W. G. KOOPMAN, *qui liberum mihi aditum ad instructissimas suas et spendidissimas bibliothecas praebuerunt.*

Vos vero commilitones et amici, qui mecum Academicam hancce doctrinarum quasi viam

con-

confecistis, valeatis! Ubicumque terrarum sorte deferar, nihil tam mihi erit gratum et jucundum, quam vobiscum magnas illas, quas in liberalioribus hisce literis et doctrinis colendis percepimus, reputare voluptates.

IN-

INTROITUS.

THEAE arboris foliorum, quibus Sinenſes et Japonenſes antiquisſimis temporibus jam uſi ſunt, prima mentio occurrit in itinere Arabum ſeculi IX, qui jam de *Theae* uſu, nomine *Sah*, ad potum praeparandum, loquuntur (1).

Exeunte ſeculo XVI *Thea* ipſa in *Europa* primum innotuit. Memorata est a Govianni Batista Ramusio, anno 1559, qui refert Perſam nomine Chaggi Memet, ei communicavisſe, de hujus herbae, ab eo *Chiai Catai* dictae, uſu in *Serica* (2). Deinde in epistola Ludovici Almeidae ad ſocietatem Jeſu in *India* et *Europa* VII. Kal. Novembr. 1576. in *Japonia* conſcripta, legitur, herbam in pulverem redactam, nomine *Chia*, ad potionem adhiberi (3). Et Maffeus, qui historiam In-

(1) (Renaudot) *Anciennes Relations des Indes et de la Chine de deux voyageurs Mahometans, qui y allèrent dans la neuvième ſiècle*, pag. 31.

(2) *Navigationi et viaggi*, Tom. III. (*in Dichiaratione d'alcuni luoghi ne libri di M. Marco Polo, con l'Hiſtoria del Rheubarbaro*,) pag. 15 b.

(3) *Historiarum Indicarum, libris XVI. ſelectarum*

Indiae Orientalis anno 1588. primum in lucem edidit, de hujus herbae ufu apud Sinenfes et Japonenfes mentionem fecit (1). Nonnulli ftatuerunt, fcriptorem Italicum Joannem Boterum primum in *Europa* hanc herbam memorasfe (2), fed ejus liber, cujus mentionem faciunt, primum *Venetiis* editus est anno 1589, ergo post fupra allatos auctores de hac herba loquitur, et folummodo narrat: apud Sinenfes particularem herbam nasci, e qua expresfum fuccum loco vini adhibent (3), postea vero idem auctor alio libro, probabiliter, anno 1596. primum edito, de *Theae*, nomine *Chia* ufu apud Japonenfes agit (4).

Nostras autem Janus Huigen van Linschoten, qui anno 1779 in *Hispaniam* et *Lufitaniam* profectus erat, deinde cum Lufitanis *Indiam orientalem* et *Japoniam* adierat, in defcriptione *Japoniae*, anno 1596. primum in lucem edita, de ufu

item ex India epistolarum. Col. Agripp. 1490. *felect. epist.* pag. 172.

(1) *l. l. Hift. Ind.* pag. 248 et 556.

(2) *Encyclopedia Brittannica.* Vol. XX. Edimb. 1822. pag. 228.

(3) *Tractatus duo* prior. *De illustrium ftatuum politia, libris X.* Posterior. *De origine urbium, earum excellentia, et augendi ratione, libris III. comprehenfi, auctore* M. G. Draudio, Urfell. 1602. pag. 882.

(4) *Mundus Imperiorum five de Mundi imperiis libri quatuor*, Coll. Agripp. 1598. pag. 123.

ufu *Theae*, nomine *Chaa*, in hac infula mentionem facit. (1).

Hispanus Texeira; anno 1600. folia ficcata in *Malacca* vidit, ubi audivit, Sinenfes folia illa adhibere ad potus praeparationem (2). In *Thefauro rerum Indicarum* Petri Jarrici gallice primum, anno 1610. edito, de ufu *Theae*, nomine *Chia*, apud Sinenfes agitur (3); inprimis vero legi meretur, quod de hujus herbae ufu apud Sinenfes et Japonenfes Nicolaus Trigaultius in libro *de Christiana expeditione apud Sinas*, anno 1615. edito, refert. (4).

Ab hoc inde tempore ulterius in *Europa* innotuit *Thea*. Praefectus navis van Neck, qui anno 1600. ex *Hollandia* in *Indiam Orientalem* profectus erat, tres navium fuarum in *Sinam* dimifit, quae VIII. Kal. Novembri proximi anni *Caybani* cum pervenisfent, ibi de *Theae* quadam portione emenda egerant, fed ob perfidiam Sinenfium, negotiis infectis citius folvere naves debuerunt (5).

Thea

(1) *Itinerarium ende fchipvaart enz.* Amft. 1614. pag. 35. de quo conf. Vir. Clar G. Moll libro titulo *Zeetogten der Nederlanders* Cap. II. pag. 14 feq.

(2) Lettsom, *The Natural history of Tea-tree*, 2 edit. pag. 20.

(3) *Thefaurus rerum indicarum*, 1615. Tom. II. pag. 1509.

(4) *De christiana expeditione apud finas.* Aug. Vind. 1615. pag. 16.

(5) (E. Lusac.) *La Richesfe de la Hollande*, Lond. 1778. Tom. I. pag. 173.

Thea primum in *Hollandiam* a ſocietate Indica Batavorum, anno 1660. introducta est (1); *Pariſiis* que primum innotuit circa annum 1636 (2); et ex vulgari narratione deinde, anno 1666. a Viris Ampl. Arlington et Osseri primum in *Angliam* translata est (3); ſed ex quodam Actu *Parlamenti* videtur patere, jam anno 1660. in diverſoriis adfuisſe (4). His autem temporibus uſus *Theae* in *Hollandia* nondum multum accrevisſe videtur, nam Valentyn refert „*Theam*, anno 1673 *Dordraci* fere ignotam fuisſe, eodemque anno a duobus Praest. Viris van den Broeke et Leonar ibi primum esſe vulgatam, ſed nequaquam placuisſe (5). Neque videtur uſus *Theae* apud nostrates vulgaris fuisſe, ante annum 1715, quo tempore etiam *viridem Theam* ex *Sina* attulerunt: huc usque enim *Thea nigra* (*thee boey*) ſola nota fuit (6).

Ab initio hujus ſeculi ſecundum testimonium Praest. de Guignes in *Angliam* tantum 50,000 librae *Theae* adducebantur; ſed brevi post

(1) Lettsom, l. l. pag. 21. *Encycl. Brittan.* pag. 228.

(2) *Bibliothèque raiſonnée.* Tom. IV. pag. 42.

(3) Raynal, *Hiſt. Philoſ. des deux Indes.* Tom. I. pag. 371.

(4) Lettsom, l. l. pag. 21. *Encycl. Britan.* pag. 228.

(5) *Oud en Nieuw Oostindien.* Tom. IV. Part. II. (*Beſchrijving van Tsjina.*) Lib. III. Cap. 1. pag. 18.

(6) Raynal, l. l. pag. 371.

post ejus ufus multum accrevit, nam Valentyn refert, anno 1721. jam 41,000 libras in *Hollandiam*, *Galliam* et *Angliam* allatas esfe; et Cel. Raynal indicat, anno 1776 ex *Sina* in *Europam* translatas esfe, 17,400,000 libras *Theae*, quarum in *Hollandiam* 4, 500, 000 librae allatae funt (1); et fecundum Praest. George Stauton quantitas 31,206,445, librarum, anno 1789. in *Europam* allata erat (2); et venditione publica Anglicae focietatis Indiae Orientalis, quae XI. Kal. Martii, anni 1790. *Londini* locum habuit 5,000,000 librae venditioni traditae funt (3).

Vidimus ita, quomodo *Thea*, quae ante feculum fere in multis regionibus incognita fuit, fenfim paulatimque ubivis innotuerit; et ab eo inde tempore ita in quotidiana vitae confuetudine adhibita fit, ut quotannis tot tantaeque quantitates in *Europam* invehantur. Quocirca me de hac herba disferere cupientem, nemo aut ingratum, aut inutilem laborem perficere existimet.

Ex-

(1) Valentyn, l. l. pag. 19.
(2) Raynal, l. l. pag. 371.
(3) *An authentic Account of Embasfy*. Vol. II. pag. 624, ubi refert quantitatem quotannis ab anno 1776, usque ad annum 1796, a diverfis Europeorum nationibus allatam, conf. Lettsom, l. l. pag. 24 et *Nieuwe algemeene Konst en Letterbode*, Tom. XII. pag. 158.
(4) *Algemeene Konst en Letterbode*, Tom. IV. pag. 55.

Expositis igitur iis, quae ad historiam *Theae* pertinent, ad ipsum argumentum transeamus ut in primo capite plantam THEAM consideremus, in altero de effectu *Theae* Diaetetico et Therapeutico agemus.

DISSERTATIO INAUGURALIS BOTANICO-MEDICA

DE

THEA.

CAPUT I.

De planta THEA.

Planta, quae *Theam* fert et ipsa etiam THEA nominatur, Europaeis diu incognita fuit. Nonnulli primarii auctores, qui de THEA scripserunt, plantam esse statuunt herbaceam, alii, quos inter Trigaultius, Rhodius, Martinius et Cleyrus, fruticem esse scribunt. Bontius narrat, se hac de re incertum fuisse, donec Jacobus Spex, qui olim in *Japonia* Legatus et Praefectus fuerat, ibique saepissime plantam illam crescentem viderat, ipsi affirmasset, THEAM esse fruticem (1).

Fru-

(1) Bontii *Historia Naturalis et Medica Indiae Orientalis cum annotationibus* G. Pisonis. pag. 87.

Frutex, ſive arbuscula illa deinde a plurimis auctoribus deſcripta est, optime vero a Cel. Kaempfer (1). A quo tempore THEA magis cognita fuit.

Prima mentio culturae plantae THEAE in *Europa* invenitur in *Catalogo plantarum Horti medici Amſtelodamenſis* anni 1689 (2): ibi enim jam anno 1688 THEAE ſtirpem vivam exſtitisſe testatur Clar. Joannes Commelinus (3); qua de re tamen dubitavit Clar. Linnaeus, qui, Theam in *Horto Cliffortiano* deſcribens dicit, ſemina ſepties per aliquot annos translata fuisſe, nulla vero germinasſe, et quantum ſciret in horto Europaeo illo tempore (1737) nondum crevisſe (4). Postea planta THEA, in *Europam* advecta a praefecto navis Ehenberg, die III. cal. Octobr. anni 1763 in *Sueciam* delata est (5) et

(1) *Amoenit. Exot.* Faſc. III. pag. 605 ſeqq.

(2) Errat Clar. C. Sprengel (*Hiſtoria rei herbariae*, Amſt. 1807. Tom. II, pag. 114. Germanice Tom. II. pag. 95. edit. 1818.) dicens: THEAE VIRIDIS ſtirpem vivam jam anno 1658 a Clar. Joncquet cultam fuisſe in horto Pariſienſi; nam in libro, cui titulus: *Hortus ſive index onomasticus plantarum, quas excolebat Pariſiis, annis* 1658 *et* 1659 a Clar. Sprengel citato, nihil de THEA legitur, quod tantum obtinet in appendice Caſpari Bauhini, cui titulus: *Stirpium aliquot paulo obſcurius denominatarum Officinis Arabibus aliisque explicatio.*

(3) *Catalogus Plantarum Horti Medici Amſtelodamenſis*, Amſt. 1689. pag. 346.

(4) Caroli Linnaei *Hortus Cliffortianus*, Amſt. 1737. pag. 204.

(5) *Hiſtoire de l'Academie royale des Sciences*, *année* 1663,

et anno 1768 John Ellis illam in *Angliam* primum transtulit (1).

Thea a Linnaeo in systemate sexuali ad Polyandriam refertur (2). Doct. vero Loureiro Theae genus quoque ad polyandriam referens, dicit, se observasse, stamina Theae potius corollae basi quam receptaculo insistere, adeoque genus Theam inferri posse pertinere ad classem Icosandriam. Sed animadvertit auctor, tutius hac de re judicari posse, si recentioribus experimentis confirmatur (3). Quod factum esse ignoro, quare ejus sententia nondum assumi posse videtur. Doct. Sims Theam ad Monadelphiam retulit (4), potius vero ei quoque non concedam; cum enim nondum mihi constare videatur, stamina semper inter se coalita esse, forte haud injuste statuere possumus, hoc a plantae cultura pendere. Accidit, quod Theae flores maxime cum aliis plantarum ad Polyandriam pertinentium generibus convenire videntur, et exactissimus Kaempfer, qui stamina Theae floris numeravit, nullam hujus coalitionis mentionem fecit. Praeterea idem certe etiam a Linnaeo, qui plures flores inspexit, observatum fuisset. Doct. Ro-

1663, Paris, 1766. pag. 52. Linnaei *Amoenitates Academicae.* Vol. VII. 2 edit. pag. 252.

(1) W. T. Aiton, *Hortus Kewensis.* Tom. III. pag. 103.

(2) *Systema Naturae*, Lugd. Bat. 1735.

(3) *Flora Cochinchinensis cum notis* C. L. Willdenow. Tom. I. pag. 415.

(4) Curtis's *Botanical Magazine or Flower Garden Displayed, continued by* John Sims. N°. 998.

Robert Sweet genus THEAM etiam ad Monadelphiam refert, illudque cum genere CAMELLIA conjunxit (1). Qua in combinatione eum fecutus est Clar. Link, qui tamen genus CAMELLIAM in clasfe Polyandria defcribit (2).

THEA a Linnaeo in ordinibus naturalibus inter columniferas recenfetur (3), ab Adanson inter cistos adnumeratur (4), ab Antonio Laurentio Jussieu ad Aurantias (5) et a Viris Doct. Batsch et JAUME St. Hilaire ad Hesperideas refertur (6) et a Clar. de Candolle inter Camellicas defcribitur (7).

THEA, quae a Leonardo Plukenet Evonymo affinis, arbor orientalis nucifera flore, rofeo dicitur 8), a Cel. Kaempfer definitur „ Frutex folio ce-

(1) *Hortus fuburbanus Londinenfis, or a Catalogue of Plants cultivated in the Neighbourhood of London.* Lond. 1818 pag. 157.

(2) *Enumeratio plantarum Horti regii Botanici Berolinenfis altera*, Berolini, 1822. Part. II. pag. 73.

(3) *Praelect. in Ord. Nat. Plantarum edidit* P. D. Giseke, Hamburgi, 1792. pag. 560. *Philofophia Botanica*, Halae, 1809. pag. 68.

(4) *Familles des plantes.* Part. II. Paris 1763. pag. 450.

(5) *Genera plantarum fecundum ordines naturales difpofita, recudi curavit notisque auxit* P. Usteris, pag. 290.

(6) A. J. G. C. Batsch *Tabula affinitatum Regni vegetalis.* Vinariae, 1802 pag. 53. Jaume St. Hilaire, *Expofition de familles naturelles.* Tom. II. pag. 37.

(7) *Prodromus Syftematis naturalis* Part. I. pag. 530.

(8) *Phytographia*, Tab. 88. et *Almagestum*, pag. 139.

cerafi, flore rofeo fylvestris, fructu unicocco, bicocco et ut plurimum tricocco "(1). Linnaeus genus Theae defcripfit hisce verbis: „ Calyx penta, feu hexa-phyllus, corolla hexa- feu ennea-petala, capfula trilocularis, triccocca" (2). Doct. John Sims, „ Calyx quinque-feu fex-partitus, corolla penta-feu ennea-petala, ftyli tres coaliti, capfula trilocularis, femina folitaria" (3), et Clar. de Candolle, „Calyx penta-feu hexa-fepalus, petala hexa-feu ennea-petala in abafi cohaerentia, bi-feu tri-ferialia, ftamina bafi fublibera, antherae fubrotundae, capfula tricocca, feptis valvaribus nempe a valvulorum marginibus intraflexis" (4).

Disputatur adhuc utrum folia Theae, quae in ufum adhibentur, ab eadem arbore exoriantur, an vero diverfae fpeciei arbores hoc confilio colantur. Omnes auctores, uti Pifo, Breynius, Kircherus, Cleyerus, Cuningham (5), Kaempfer aliique inter quos et Linnaeus (6), qui ante Doct. Hill. fcripferunt, de una tantum fpecie ar-

(1) *Amoen. Exot.* pag. 605.

(2) Linnaeus, *Hortus Cliffortianus* pag. 204.

(3) Curtis's *Botanical Magazine* l. c.

(4) A. P. de Candolle, *Prodromus fystematis naturalis* l. c.

(5) *Philofophical Transactions.* Vol. XVIII. for the years 1702 and 1703. N°. III. pag. 1205.

(6) *Species plantarum.* Holmiae 1753. Tom. I. pag. 515. In hac prima fpecierum plantarum editione tantum Theam sinensem defcribit, ibique autem animadvertit „ vidi flores in aliis hexa-petalos, in aliis ennea-petalos an

 ejus-

arboris loquuntur; hic autem primum duas species descripsit, nempe THEAM BOHEAM et VIRIDEM. Diversas autem species revera ad esse tantum probabile statuit et forte potius ad hoc inclinavit, quandoquidem etiam flores in altero specimine hexapetalos, in altero vero ennea-petalos observavit, uti hoc a Linnaeo indicatum erat, aliis autem hoc confirmandum reliquit. (1) Doctissimum Hill autem

ejusdem speciei judicent, qui possunt vivam inspicere." Una etiam tantum species memoratur in ejusdem *Systemate Naturae*, Holmiae 1759. Tom. II. pag. 1076.

(1) John Hill *Exotic Botany*. London, 1752. ut quisque melius judicet de auctoritate Doct. Hill in determinatione duarum specierum, hic afferam, quod hac de causa in ejus opere legitur. Dicit, Tab. 21. BOHEA THEA, „ we have long qnestion'd whether the Green and Bohea Tea were, or were not the Produce of the same Shrub: most thought they were; their Difference being attributed only to the State of Growth wherein the Leaves were gather'd; and the various Method of curing them, I think it is otherwise Certainly I have received among my China Plants, two specimens unter the Name of Tea, which differ obviously in Leaf and Flower. That which I figure here, has shorter and darker Leaves, and in each Flower six petals this, from the Colour of the Leaf I fancy to be the Bohea. The other has longer and paler Leaves, and every Flower nine Petals; that I suppose to be the Green. Whether this be the Case, must be found by more Experience: and if they really be the Produce of two distinct Shrubs, we are yet to beside of the Difference of Form and Colour of the Leaf, seem'd, in the Course of these Experiments, to shew that they were really the two Kinds I have conjectur'd

tem deinde ſecutus est Linnaeus (1), ſed plu-
rimi

r'd. The Water in which this Specimen was macerated, had the Colour and the Taste of genuine Bohea Tea; and that which was us'd for the other, had as palpably the proper Aspect of Green Tea; only made very ſtrong; and perhaps, colour'd a little from the Bark." (et in deſcriptione THEAE VIRIDIS Tab. 22.) ,, Why I have call'd this the Green Tea, has been ſaid in the preceding Chapter: perhaps it is an Error, but there is Apparence of Truth on its ſide. Centainly it is Tea; and the Aspect differs from that of the more dusky Plant preceding. Linnaeus, ſaw in various Parcels of Tea, Flowers with ſix and other with nine Petals; and questions whether they belong'd to the ſame Species, or to two distinct ones. Theſe ſpecimens ſhewed the ſame Variety of Flowers, and ſhewed them growing on Boughs, whoſe Leaves were alſo different: the Eye here ſeems to have answer'd that Question and the Taste confirm'd its Judgment, yet more Proof is wanted; for he were very rash who ſhould found an obſolute Distinction upon one Specimen. 'T is certain the Chineſe gather the Bohea and the Green Tea at different Periods of Growth: and they have many other Particularities relating to an Article of ſuch Importance. But tho the Accounts of theſe led Europeans to believe the ſame Shrub produc'd both; they did not fairly induce that Opinion. It may be true, that Bohea Tea is gather'd at one Period of Growth; and Green Tea at another; and yet It may be true alſo, that they are ſeparate Shrub which produce them, The Time of gathering would made ſome Difference if they were the Leaves of the ſame ſpecies; but this does not prove that they are ſo: has ony Writter of ſufficient Accuracy for the Obſervation ſaid it."

(1) *Species plantarum*, edit. 2. Holmiae 1762 – 63, Tom I. pag. 735.

rimi auctores postea jure dubitaverunt, num Character, qui modo a numero petalorum pendet, sufficiat ad differentiam specificam indicandam. Et forte ita potissimum existimaverunt Hill et Linnaeus quia in foro vulgo *Thea nigra* et *viridis* prostant et distinguuntur. Dubito etiam ne postea ipse Linnaeus ab hac sententia discesserit, cum in Tillaei dissertatione se praeside defensa, tantum de una specie loquatur (1). Ill. Vir James Eduart Smith in epistola mecum communicavit, Theae Boheae exemplaria duo, floribus hexa-petalis, manu ipsius Linnaei nominata, in herbario Linnaeano conservari, ut et folia tantum duo Theae Viridis ab hortulano celebri Gordon missa, quae vero nullius sunt auctoritatis. Sic et Doct. Lettsom ad unam Theae speciem concludendam esse putavit (2). Sonnerat, qui peritus botanicus fuisse dicitur, refert se sex generis Theae species observasse, quarum una tantum ad usum colitur (3).

Clar. Thunberg, qui per aliquod tempus inter Japonenses versatus est, modo de una specie loquitur (4), et Doct. Loureiro, qui numerorum inconstantiam in partibus calycis et corollae obser-

(1) C. Linnaei *Amoenit. Acad.* Tom VII. pag. 252.

(2) Lettsom, *Natural History of the Tea-tree.* London, 1772. pag. 2. in nota.

(3) *Reize naar de Oostindien en China.* Tom II. p. 196.

(4) *Flora Japonica*, pag. 225.

ſervavit, Theam Boheam et viridem non distinguendas esſe judicavit (1). Doct. etiam Desfontaines, quia ipſi quoque innotuerat, numerum petalorum non ſemper ſibi conſtare, unam tantum ſpeciem agnovit (2). Vir autem Clar. Reinwardt mecum communicavit, ſe plures plantas Theae in *Javam* ex *Sina* allatas coluisſe, atque etiam in illis inconſtantiam petalorum numeri obſervavisſe, immo ſaepe decem petala in uno flore numeravisſe, quod vero tantum a plantae cultura pendere judicat. Atque etiam animadvertit Vir Clar. Smith in litteris, quas ad me miſit, ſe de differentia ſpecifica inter Theam viridem et Boheam nihil certum umquam invenire potuisſe. Ex his itaque et auctoritate Clar. Sims (3), et qui eum ſecutus est Clar. de Candolle (4), concludere posſumus, omnes diverſas Theae ſpecies ab una eademque ar-

(1) *Flora Cochinchinenſis cum notis* C. L. Willdenow, Tom. I. pag. 414. Ubi dicit, „Thea viridis, quae provenit ex provincia *Kiang si*, flores ſiccos examinavi, non vivos, notavique ſimilem inconſtantiam in numerum partium calycis et corollae. Adeoque asſerere posſumus, omnes illas differentias potius Theae Sinenſis ex unica ſpecie Botanica deduci, quae ex diverſitate ſoli, culturae et methodi folia praeparandi apparet diverſa permanente adhuc in eadem varietate inconſtantia illa partium floris, quae Theam viridem a Boheam distinxerat."

(2) *Annal. du Muſeum*, Tom. IV. pag. 20.

(3) l. l. N°. 998.

(4) l. l. pag. 530.

arboris fpecie exoriri, quae, quia fic jam à Linnaeo denominata est, Theam Sinensem potius appellem.

Confirmatur quoque ex relatione Clar. Macartney differentiam *Theae* tantum ab humo et aetate foliorum pendere (1); fententiae vero itineratorum hac de re multum discrepant. Praest. enim Charpentier de Cossigny quoque ftatuit omnes *Theae* fpecies ab eadem arboris fpecie exoriri (2). Contrarium refertur a Clar. Barrow (3) cum quo convenit Praest. de Guignes, qui narrat duas Theae fpecies distingui, nempe Theam viridem et Boheam, et omnes varietates hisce fpeciebus produci et pendere ab humo, cultura et foliorum collectione (4).

Sed, cum illi botanicas characteres non describunt, et ficut videtur relata tantum referunt, eorum opiniones botanicis non magnopere valent.

Posfunt quidem adhuc diverfae fpecies fub hac fpecie latere, fed uti fupra dixi characteres botanici, qui no-

(1) *Voyage dans l'interieur de la Chine et en Tartarie fait dans les années* 1792—1794. *traduit par* J. Castera, *Paris*, 1789. Tom. IV. pag. 7.

(2) *Voyages a Canton*, pag. 377.

(3) *Voyage en Chine formant le complement du voyage le Lord Maçartney Traduit de l'Anglais par* Castera, Paris, 1805.

(4) *Voyages a Peking Manile et l'Isle de France fait dans l'intervalle des années*, 1784 *a* 1801, Paris, 1808, Tom. III. pag. 245.

nobis cogniti ſunt, minime ſufficiunt, ut plures ſpecies, quae ad genuinae *Theae* collectionem plantantur, distinguere posſimus.

Thea Sinensis, Linn. *Radicem* habet incondite brachiatam, lignoſam, ſuperficie nigricante, tenuem et fibroſam. *Caulis* est fruticoſus et arborescens, ultra omnibus ſuis partibus glaber et ſempervirens, *Lignum* durum, albo-viridis coloris. *Cortex* viridis coloris, ſaporis amari, nauſeoſi et adſtringentis. *Folia* alterna, petiolata, oblongo-ovata, obtuſa, ſerrata, ſub-canali culata, parallelo-nervoſa, ſupra ſaturate viridia, ſubtus pallidiora, interſtitis longiora, bipollicaria. *Petioli* ſemiteretes, gibbi, lineam longi. *Flores* in ultimis ramulis axillares, pedunculati, ſolitarii vel ſaepius bini. *Pedunculi* incrasſati, articulati, cernui, uniflori, petiolis duplo longiores. *Perianthium* pentaphyllum, planum, viride, perſistans, corolla multo brevius, foliola ovata, obtuſa concava. *Petala* alba (1), ovata, obtuſisſima concava, magna, inaequalia inferiora minora, ſuperiora majora, unguiculata.

Sti-

(1) Petala immerito a nonnullis flava ſive flavescentia esſe dicuntur. H. Ellis *voyage en Chine traduit de l'anglais par* J. Maccanthy, Tom. II. pag. 121. *Fortſetzung des Allgemeinen Teutſchen Garten Magazins*, Vol. III. pag. 16. et male in *Herbario Blackwelliano* colore rubro expresſa ſunt, altera editione, Norimbergae, 1757—1773. Tom. IV. Tab. 351. et 352.

Stamina plurima (ultra ducenta (1)). *Filamenta* receptaculo inserta, capillaria, erecta, alba, corolla paulo breviora, exterioribus brevioribus. *Antherae* subrotundae, didymae, dorso affixae. *Germen* superum, conicum, trigonum, subsquamosum. *Stilus* simplex, ad apicem trifidus (2). *Stigmata* tria, simplicia, filiformia, erecta, viridia, longitudine filamentorum. *Capsula* tricocca, saepe vel tota sterilis est vel alterutra ejus loculamentorum. *Semina* solitaria, globosa, introrsum angulata, testa solida.

Floret mense Septembri et Octobri, etiam Januario et Februario.

Crescit sponte in *Japonia*, *Sina*, et secundum nonnullos etiam in *Tunquin* et *Siam*.

Folia ad potus praeparationem inserviunt, et praeterea Kaempfer docet, magnam copiam *Theae*-

pos-

(1) Kaempfer in uno flore 230 stamina numeravit (*Amoen. exot.* p. 612.).

(2) Doct. Lettsom in prima editione ejus operis *History of Tea-tree*, pag. 3. dixit, „stylos esse tres, ad basin coalitos;" ejusque auctoritate idem affirmatur a J. J. Reichard (*Caroli a Linné systema plantarum*, Part. II. pag. 589.) et a Clar. Wildenow (*species plantarum*, Tom II. Part. II. pag. 1180.) eosque secutus esse arbitror commentatorem iconum, quibus titulus est: *Volständige sammlung offizineller Pflanzen*, Dusseldorp. 1821. fol. (in septima divisione). Lettsom autem in altera ejusdem operis editione, illud mutavit, ubi (pag. 3.) refert: „stylum esse simplicem, ad apicem trifidum."

postremae notae, tum etiam, quae aliquot annorum ſpatio effoeta est, quotannis ex *Sina* in *Guſarattam* translatam adhiberi, ut colore badio ſeriſea tela imbuant (1).

Differt a CAMELLIA SESANQUA cui valde ſimilis, petalis minoribus, nec ſub apice carinatis, foliis crasſioribus recurvis, floribus axillaribus binis (2).

Plantas ſaepisſime cultura varietates producere ſatis conſtat, et quotidiana experientia confirmatur, atque hoc quoque in THEA obtinere probabile esſe videtur.

Obſervatio Doct. du Halde omnino huc referri meretur, qui narrat, *Theam viridem* et *nigram* in eo tantum differre, quod folia arboris *ſonglo* producentis longiora et magis acuminata ſunt; folia contra arboris alteram *Theae* ſpeciem *vou y tcha* dictam producentis, breviora et obtusiora, pauloque profundius viridia (1). Thunberg duas varietates ita distinguit, nempe α. foliis minoribus, planis, ſaturatius viridibus, ſerraturis rectis, β. foliis majoribus undulatis, laetius viridibus, ſerraturis ſinuatis (2).

Aiton in *Horto Kewenſi* α. LAXA foliis elleptico-

Ai-

(1) *Amoen. exot.* pag. 625.
(2) Conf. THUNBERG, *Flora Japonica*, pag. 226.
(3) Tom. I. pag. 25.
(4) *Flora Japonica*, pag. 226

oblongis, rugosis et, β. STRICTA foliis, lanceolatis, planis distinxit (1).

Et a Clar. de Candolle: α VIRIDIS, foliis lanceolatis planis latitudine triplo longioribus, β BOHEA foliis elliptico-oblongis, subrugosis latitudine duplo longioribus (2).

Nonnulli igitur THEAM a Doct. Hill VIRIDEM dictam, tanquam varietatem THEAE BOHEAE considéraverunt: alii contra, inter quos de Candolle, THEAM BOHEAM, VIRIDIS varietatem esse statuerunt (3). Quibus tamen concedere non possum; nam quamquam difficile haec quaestio dirimi possit, tamen contrarium mihi probabilius videtur, quia stirps, quae *theam viridem* fert, vulgo majori cura, saltem in *Sina*, colitur; unde etiam explicari potest, quare folia hujus varietatis magis excrescunt, et insuper ex eo intelligere possumus, quare in hac varietate numerus petalorum adauctus invenitur. Saepius enim, imprimis in floribus ordini THEA naturali convenientibus, degeneratio staminum in petalis observatur.

(1) *Hortus Kewensis*. Vol. III. London 1811. p. 30.

(2) *Prodromus systematis naturalis*, Part. I. p. 530.

(3) l. l. et *Forsetzung des Allgemeinen Teutschen Garten Magazins*. Vol. III. p. 16.

CAPUT II.

De Effectu Theae *Diaetetico et Therapeutico.*

Medici officium quoniam duabus praecipue partibus continetur, altera, qua homines morbis affectos, ita curet, ut in ſanitatem reſtituantur; altera, qua a ſanis eorum corporibus infirmam valetudinem arceat, apparet, inſignem operam illi dandam eſse, ut praecipuam vim poteſtatemque eorum omnium bene perſpectam habeat, quae tum aegris, tum vero iis, qui ſano corpore adhuc videntur eſse, nocere poſsint. Etenim hac ſua arte multum cavere poterit Medicus, ne multi increſcant morbi, quorum proventus ceteroquin merito exſpectari poſsit.

Multa quidem ſunt, quae, quamvis ab omnibus ſanitati noxia habentur, tamen uſu valent, quo videtur quaſi ſublatum eſse damnum, quod ex iis oriri poſsit, nequaquam prohibente conſuetudine, quominus eorum ſuavitati indulgeamus. Summi itaque momenti exiſtimamus eorum conſiderationem, quorum quotidianus uſus inter omnes fere increbruit

bruit. Sunt enim plurima, quorum damnum parciori usu minueretur; sed sunt etiam alia, quibus ita adsueverunt homines, ut noxia eorum vis utendi consuetudine evanuerit.

Nihil certe constantiorem effectum in nostram sanitatem vitamque exercet, quam cibos et potus, quibus quotidie utimur, et ad nutritionem et corporis nostri conservationem indigemus. Saepissime autem difficile dictu est, quare hunc vel illum cibum potumve ad quotidianum usum ceteris praeferamus; quod non semper fit, quia maximum nostro corpori affert commodum; verum haud raro imitatione, atque deinceps consuetudine, hoc illove utimur. Ex qua quidem re explicandum nobis inprimis videtur, tam magnam *Theae* copiam quotidie in nostra patria consumi. Antequam enim usus *Theae* apud nostrates invaluerat, hi contenti et sani vitam degebant, et nequaquam hac herba exotica indigebant.

Cum autem meum est propositum in hoc capite inprimis historiam medicam *Theae* exponere, videamus, quid diversi auctores, qui de usu *Theae* apud Sinenses et Japonenses scripserunt, hac de re tradiderunt.

Japonenses et Sinenses primis jam temporibus herbae *Theae* virtutem salutiferam adscripsisse videntur. Quod forte quodammodo patet ex fabula Sancti Darmae, qui, post multorum annorum vigilias, ut se a somno liberaret, abscidisse dicitur palpebras, quas iratus in terram projecit, et pos-

tridie eo in loco arbusculas ante in hoc orbe terrarum ignotas invenisset, et postquam hujus plantae herbam, nempe *Theam*, assumsisset miram sensisse, laetitiam anmi et vigorem vacandi Divinis contemplationibus (1). Idem vero melius patet ex relatione itineratorum Arabicorum seculi noni, in qua jam narratur, mala omnis generis decoctione *Theae* apud Sinenses sanari (2). Ramusio refert, Persam Chaggi Memet ipsi narravisse, potionis theae usum levare febrem, dolores capitis, ventriculi, lumborum et articulationum, multosque alios morbos, inter quos arthritidem, atque post copiosiorem ciborum assumtionem, infusione *Theae* digestionem adjuvari (3). Maffeus scribit, Japonenses hujus herbae maxime beneficio pituitam, gravedinem, lippitudinem nescire, vitamque bene longam sine ullo ferme languore ducere (4). Boterus de thea refert, illam sanitatem conservare et omnia mala ebrietatis propellare (5). Jarricus herbam illam admo-

(1) KAEMPFER *Amoen. exot.* pag. 608.

(2) (EUSEBE RENAUDOT) *Anciennes relations des Indes et de la Chine, de deux voyageurs Mahometans qui y allèrent dans le neuvième siècle.* pag. 31.

(3) GIOVANNI BATISTA RAMUSIO, *Navigationi et viaggi*, Tom. II. (in *Dichiaratione d'alcuni luoghi ne libri di M. Marco Polo, con l'Historia del Rheubarbaro*), pag. 15 b.

(4) J. P. MAFFEI *Historiarum Indicarum, libri XVI.* Coloniae Agrippinae, 1590. pag. 248.

(5) JOANNI BOTERI *Tractatus duo*, prior. *De illustrium*

 sta-

modum salutarem dicit (1). Idem affirmatur a Trigaultio (2) et Varenius de usu hujus herbae in *Japonia* loquens, refert saluberrimum hoc potionis genus dici, imprimis ad delendas crapulae praecedentis diei molestias, et omnes pituitosos affectus; et vulgus proverbio usurpare solere esse de divitibus: *Illene sanus non sit? bibit de optima Tsia pulverem* (3).

In itinere Praest. Matelief *Junioris* invenimus, *Theam* Sinenses a pituita, melancholia, madescentibus lacrimis atque hebetioribus oculis liberare, illosque ita diu sine morbis vivere (4).

Mandeslo refert, Japonenses vulgo magno cum fructu theam sumere, quando modum excesserint in

statu politia libris X, posterior. *De origine urbium earum excellentia et augendi ratione libris* III. *comprehensi auctore* M. GEORGIO DRANDIO, Ursellis 1602. pag. 882.

(1) PETRI JARRICI *Thesaurus rerum Indicarum a* M. MATTHIA MATINEZ *e gallico in latinum sermonem translatum*, Col. Agripp. 1515. Tom. II. pag. 589.

(2) NICOLAUS TRIGAULTIUS, *de Christiana expeditione apud Sinas suscepta a societate Jesu ex* MATTHAEI RICCI *Commentariis libri* V. Aug. Vind. 1655 pag. 16.

(3) *Descriptio Regni Japoniae ex variis auctoribus collecta et in ordinem redacta per* BERNHARDUM VARENIUM. Amst. 1649, pag. 161.

(4) MATELIEF de jonge, *Verhaal van de reize, gedaan naar de Oostindien en China, in de jaren* 1605 - 1608. Amst. 1648. pag. 103.

in potuum usu spirituosorum, probe conscii nihil certius effectum horum potuum delere illa herba (1). Martinus Martinius dicit, *Theam* homines liberare ab arthritide et post coenam digestionem adjuvare, eamque ebrios reddere sobrios ac continentes, ita ut denuo perpotare possint, atque illam abundantes liquores exsiccare, et pellere somnum (2).

In relatione Doct. Nieuhof etiam de omnibus hisce proprietatibus legimus. Adnotavit insuper memoriam usu theae confirmari, atque bilis secretionem copiosiore usu augeri, deinde Sinenses hunc potum maxime laudantes, ei praecipue tribuere, se nec podagram nec calculos in vesica et renibus cognoscere; tandemque animadvertit, experientia didicisse Sinenses, *Theam* possidere vim diureticam (3).

Ex his igitur patet, primas relationes de usu *Theae*, in patria plantae, maximopere hujus herbae potum com-

(1) Jean Albert de Mandeslo, *Voyages faits de Perse aux Indes Orientales; Mis en ordre et publiez apres la mort de l'illustre Voyageur par* Adam Olearius, *traduit par* A. de Wicquefort. Tom. I. pag. 505.

(2) Martini Martinii *Novus Atlas Sinensis*, Amst. 1655 pag. 9.

(3) Nieuhof, *Beschrijving van het Gezandschap der Nederlandsche Oostindische Compagnie aan den Grooten Tartarischen Cham, nu Keyser van China*, Amst. 1665, pag. 133.

commendasſe, atque virtutes laudabiles ei adſcripſisſe.

Secundum Doct. Kaempfer *Thea* recens malignam et inimicam cerebro qualitatem posſidet, praecipue inebriandi, vel ſpiritus animales turbandi facultatem; haec autem qualitas partim praeparatione ſive torrefactione perit, et durante conſervatione unius anni ſponte ſua mitescit, quando nullus amplius nocivus ejus effectus obſervatur; tunc enim potius vim paululum excitantem et facultatem exhilarandi posſidet, „ virtutes paucis complectemur" dixit Kaempfer, „ ſi dicamus *Theae* liquorem obſtructiones viscerum reſanare, defoecare ſanguinem, praeſertim vero eluere tartaream calculi materiem, posterius adeo praeſtat inſigniter, ut calculoſos et podagricos inter bibulos hoc coelo numquam invenerim." Omnis potus *Theae*, ſecundum Japonenſium opinionem medicamentorum efficaciam ſupprimit, verum in colica nocet et maxime vitandus est; ſic et *Thea* recentior ſecundum eos opthalmia laborantibus valde est nociva (1).

Clar. du Halde, in accuratisſima ſua deſcriptione *Sinae*, dixit: *Theam Songlo* (*viridem*) effectum habere corroſivum, et hoc nequaquam obſervari in uſu *Theae Vou y tcha* (*nigrae*), quae quidem ventriculo debilisſimo nullum incommodum af-

(1) *Amoen. exot*, pag. 617. 625. ſeqq.

affert (1); et ex iis, quae deinde ex libris Sinenſium tradit, posſumus obſervare, quanta aestimatione haec herba habeatur apud Sinenſes; plurima enim praecepta hujus herbae contra diverſa mala annotavit (2). Praest. de Guignes, qui narrat in *Sina* esſe regulam, theam non jejuno ventriculo esſe bibendam, quia tunc nervorum tremorem atque vertiginem cauſat, inprimis autem hominibus ſtrigoſis (3). Et Praest. Barrow refert, Sinenſes, quamquam parum mundities ab illis obſervetur, morbis cutaneis haud ſaepe affici ſolere, illosque judicare, ſe liberos esſe ab arthritide et morbo calculoſo propter uſum *Theae* (4).

Plurimi igitur horum auctorum *Theae* qualitates potius laudabiles, quam nocivas tribuunt. Effectus *Theae* in corpore humano difficilime determinari posſunt, cum multa rerum adjuncta ſimul obſervari debeant, quorum nonnulla difficillime ſeparari posſunt; primo enim attendendum est ad effectum aquae calidae, quae *Theae* infundi, et cum qua ſumi vulgo ſolet; ſecundo ad relativam et veram *Theae* et aquae tepidae quantitatem, quae utriusque adhibetur, et tandem ad ſpeciem *Theae*, qua utuntur.

(1) *Deſcription de l'empire de la Chine de Tartarie Chinoiſe*, 1736. Tom. I. pag. 25.

(2) l. l. Tom. II. pag. 591.

(3) *Voyage a Peking, Manille et l'Isle de France, faits dans l'intervalle des années* 1784 et 1801. Tom. III. pag. 245.

(4) *Voyage en Chine.* Tom. II. pag. 113.

tur. Infuper obfervari debet fexus, temperamentum, aetas, vitae genus et omne id, quod in actionibus naturalibus ullum effectum praeftare posfit; neque negligi debet tempus, quo utantur thea, nec non id quod fimul cum hoc potu asfumant. Hisce demum obfervatis, nonnulla de *Theae* effectibus concludere posfumus.

Quamquam disquifitio effectus potuum calidorum in corpore humano non directe ad meum argumentum pertineat, tamen tam arcta ratio intercedit inter *Theae* et aquarum calidarum ufum, ut conftet; hanc indagationem hic non posfe relinqui. Quando enim homines theam bibere coeperunt, fponte haec res, tamquam fequelam naturalem, asfumtionem majoris aquarum calidarum quantitatis habuit; ut profecto fi *Thea* nostratibus ignota manfisfet, numquam tam immenfas aquarum calidarum quantitates abforbuisfent.

Potus *Theae*, uti ab hominum vulgo ad ufum quotidianum praeparatur, vix ab aqua calida differre folet, etenim illa tam magna aquae copia diluta utuntur, ut effectus *Theae* jure praetervidere posfimus. In his igitur attendendum est ad monitum Clar. Boerhaave, qui dixit: „Numquid errat qui abufum theae damnans, folis foliis imputat mala, ubi tam magna pars fuit aqua fervida? rurfumque qui liquidi cerebri agilitatem theae epotae infcribit, cur aquae calidae virtutem diluentem praeterit?" (1).

Doct.

(1) *Elem. Chem.* Tom. II. pag. 24.

Doct. Nicolaus Tulp in nostra patria inter medicos primus fuisſe videtur, qui de uſu et effectu herbae *Theae* ſcripſit; non autem ſuas obſervationes tradidit, verum collegit et retulit ea, quae in aliorum libris de *Thea* annotata invenerat (1).

Postea autem Corn. Bontekoe multum de praeſtantia theae ſcripſit, ſed cum parum demonſtraverit, vix attentionem meretur; numquam enim ſufficientem theae quantitatem posſe ſorbillari, et genus humanum ab omnibus fere malis liberatum iri affirmabat, ſi modo thea, ſecundum ejus praeceptum, immo ad ducenta vascula quotidie ſumeretur (2).

Doct.

(1) *Obſervat. Med.* Lugd. Bat. 1739. pag. 380.

(1) *Tractaat van het excellenſte kruyd Thee* ed. ſecund. pag. 245, hisce verbis loquitur: „ Indien alle menſchen een natuur hadden, ſoo vond ik geen ſwarigheyt, haar te raden, datſe 50 of 100 of 200 kopjens (Thee) achtereen ſouden drinken; ik heb er menigmaal ſoo veel gedronken op een voor of nademiddach, en niet alleen ik, maar veele perſoonen met my, waarvan er noch niet een geſtorven is, hebben 't ſelve gedaan. Maar ik ben niet van advys, dat yemand ſulx behoeft na te volgen, ik allegeer het maar om te doen ſien, door ſoo een groove en tastelyke experientie, (die confunderen en verſtommen ſal de lasteraars en vreesachtige menſchen ,) dat in de Thee niets quaads is, en dat men geen reden heeft, ſich ſoo bevreest te houden voor een kopje 10 of 20, ſy is noch Wyn noch Bier, die (gelyk men ſegt,) in 't hooft loopt, 't matig en nodig en 't minſte gebruyk, bepaal ik in 8 of 10 kopjens tweemaal daags, inſonder-

Postea inter Medicos Doct. Ettmuller *Theae* effectum ſtomachicum, cephalicum et nephriticum tribuit (1). Pechlinus ejus potum valde commen-

derheyt voor die geene, die 't noch niet gewoon zyn."

Quamquam ſuos defenſores habuit, tamen ex defenſione auctoris contra ſuos detrectatores, jam cum ſecunda editione in lucem edita, patet omnes ei non asſenſisſe; item ex iis, quae in Diario *Haegſe Mercur* dicto, die 2 Aprilis 1698. N°. 69. leguntur, nempe. „De Oost-Indiſche Compagnie ſal onder andere Koopmanſchappen verkoopen -- -- -- eenige Citſen, daar men met levendige couleuren op gedruckt ſiet de *idées* van Doct. Bontekoe over de Thé. Dien Naturalist meende, dat een mensch niet behoefde te ſterven, als hy een volkomen goed diëet hield: daerom viel hy te *Berlin* van de trappen en brak den hals, op dat hy geen *dementi* of abuys, wegens ſyn gevoelen ſubject zou zyn. Door het menigvuidig Thee drinken had hy zyne balſamique ſappen zoo verdroogt, dat zyne gewrigten ſcheenen te ramelen als castagnetten, wanneer hy voor de wind naar yemand toekwam."

Dicitur quidem Bontekoe a ſocietate Indiae Orientalis auro corruptus fuisſe, ut in laudem *Theae* ſcriberet, verum hoc nullo argumento probari posſe credo, neque veroſimile quidem mihi videtur; praecipue cum Heydentryk Overkamp, qui vitam Bontekoe conſcripſit, affirmet, illum libellum de *Thea* edidisſe, ut ſe civibus ſuis commendaret, atque ſe contra collegas, valde ipſi obverſantes, defenderet. (*Reden over het leven en de dood van de Heer* Corn. Bontekoe, Amſt. 1685. 4to pag. 17.)

(1) Michaëlis Ettmulleri, *Opera medica*. Francof. ad Moen, 1708, Tom. I. pag. 552.

mendavit (1), et Petitus, Francius, Heinrichem et Huetius in laudem *Theae* versus fecerunt (2). Doct. Ambrosius Stegman effectum sedantem *Theae* observavit, ita ut affectiones convulsivas hujus potus usu curaverit (3), et Doct. Baglivius expertus est, *Theam* optimum esse remedium ad dolorem capitis tollendum (4).

At vero seculo praecedente Clar. Boerhaave usum potuum tepidorum jam damnavit, hisce verbis: „ videte mulieres leucophlegmaticas, sanguine rubro destitutas, fervidum infusum *Cafféae* vel *Theae* bibentes, quam animosae et alacres evadunt per aliquod tempus, sed hoc vigore post semihoram evanescente, recurrunt ad idem illud ipsis tantopere amatum et ut putant amicum remedium, tandem hydropicae evadunt et plane incurabiles." Atque in nonnullis affectionibus, usum eorum omnino interdixit. Sic in Chlorosi conferre victum siccum et absolutam a pa-

(1) J. N. Pechlin, *Theophilus bibaculus, sive de potu Thee dialogus*, Francof. 1684.

(2) Petrus Petitus, *Thea, sive de Sinensi herba thee carmen ad* Petrum Danielem Huetium; *cui adjectae* Joannis Nicolai Pechlini *eadem herba Epigraphiae.* Lipsiae, 1685. Petri Francii *in laudem Thiae Sinensis, Anacreontica duo.* Amst. 1685. 4to, cui adjectum est Johannis Gothofredi Heinrichem, *de Thea herba Doricum Melydrion.*

(4) *Opera omnia Medico-practica et anatomica*, Lugduni, 1747. pag. 76.

a potibus calidis aquosis abstinentiam statuit. Vertiginem, suo tempore, maxime pendere ex potibus illis aquosis, qui in tanto usu sunt apud Batavos, animadvertit. Fatetur eos etiam dissipare vertiginem, sed postea magis nocere, et miseros illos aegros confugere ad spiritus distillatos, illisque etiam egere, et tunc plane perditos esse; dixit in cura Paralysis regulam esse, qua prohibeatur omnis aquae potus, maxime calidae, et numquam Paralysin frequentiorem esse, quam illis, qui potibus aquosis et calidis dediti sunt (1). Doct. Freind narrat, se cognovisse mulierem cui ex *Theae* potu urina nimia profluxerat, mensibus vice proxima immunem (2). Clar. Boerhaavii commentator Doct. van Swieten quoque usum horum potuum damnavit, afferens notum esse, toties Chlorosin et summum languorem, fluorem album, uteri haemoragias fieri mulieribus, cum potibus aquosis tepidis abutuntur, et quotidianas observationes practicas docuisse Medicos, et imprimis illos, qui apud Batavos medicinam excercent, ubi abusus potus aquosi tepidi admodum invaluit, nullam observari frequentiorem causam cachexiae, quam perpetuam potus aquosi tepidi ingurgitationem,

(1) *Praelectiones academicae de morbis Nervorum*, Lugd. Bat. 1761. Tom. I. pag. 151 et 185. Tom. II. pag. 613 et 726.

(2) Joh. Freind, *Emmenologia*, Lugd. Bat. 1750. pag 83

nem, minus autem ea affici, qui valido corporis motu diffluant quotidie illud aquofum ingestum, et corporis exercitio robur addunt fibris folidis, ceteroquin ab aqua tepida brevi minus laxis futuris; verum mulieres, imprimis fedentariam vitam agentes, pallido inde laborare morbo, menftruis copiofisfimis diffluere, fteriles quandoque reddi, ob perpetuum fere fluorem album, madescente femper flaccido utero, vel, fi conceperint, frequenter abortus pati; viditque plurimos, qui magna copia quotidie theam, caffeam et fimiles potus aquofos calidos forbillaverant, adeo enervatum corpus habuisfe, ut vix languida membra traherent, ac plures etiam apoplexia et paralyfi correptas fuisfe (1).

Secundum Clar. Tissot ventriculus praecipue patitur effectus aquarum tepidarum, illisque valde afficitur. Hinc theam maxime nocentem omnium potuum tepidorum putat, atque horum potuum ufum multum damnat, quod imprimis litteratis noceat et malum *Theae* effectum dixit posfe obfervari, fi modo valetudinem oppidanorum, qui thea utuntur, cum ceterorum fanitate comparamus; et credit, tempus, quo *Thea* in *Europa* introducta est, in historia fanitatis mortali et miferanda revolutione cognosci (2).

Praest.

(1) van Swieten, *Commentaria.* Tom. III. pag. 433, 362, 651, Tom. V. pag. 587.

(2) Tissot, *Raadgevingen, betrekkelijk de gezond-*

Doct. Whytt, qui affectionibus nervosis maxime obnoxius fuit, narrat, se ex mane sumta thea saturatiori, insignem debilitatem sensisse, pulsum celeriorem inde evasisse, et saepe vertiginem enatam (1).

Inter morbos, qui in nostra patria, aliisque regionibus, ex abusu potionis theae exoriuntur, praeter generales affectiones morbosque nervorum atque his productos morbos a Doct. Bicker memorantur dolores ventriculi et intestinorum, spasmi, qui multum cum colica pictorum conveniunt; deinde deglutitio impedita, et vertigo, sive vertiginosus status capitis, cum cogitandi impotentia (2). Doct. vero Buchan non usum theae, verum abusum noxium putat, tempus autem matutinum minime huic usui convenire, et observavit mulierem tenuem et debilem, domi sine corporis motu et aere libero viventem, theam aliosque potus debiles bibentem, infantem parere posse; sed illum raro superstitem fore (3).

Doct. Michell de *Theae*, Caffeae aliorumque potuum tepidorum aquosorum ab usu dixit: „ sufficiat notasse hunc abusum apud feminas maxime vi-

zondheid der geleerden, *vertaald door* L. Bicker, pag. 170, et 173.

(1) *Verhandeling over de Zenuwziektens*, pag. 138.

(2) *Raadgevingen*, *betrekkelijk de gezondheid door* Tissot, *vertaald door* L. Bicker, pag. 176 in nota.

(3) *Huisselijke geneeskunde*, Tom. I. pag. 10 et 95.

vigere, has etiam nervorum morbis maxime laborare et ſic abuſus hujus poenas luere. — Debilitat enim aqua calida, ſolidorumque enervat craſin, maxime in otioſis, deſidibus, et qui corpus contra omnes injurias adeo muniunt. Hinc nerveorum morborum variae ſpecies, quas ante ſeculum cum *Theae* et Caffeae potibus ignorabamus. — Hinc dysphagiae quaedam ſpecies, in nostra patria endemica, hinc morbi nervorum frequentisſimi in omnibus, illis ubi ille viget abuſus, patriae nostrae locis (1)."

Doct. van den Bosch ſcribit, non tantum esſe cibos, qui feminibus morborum favent, verum imprimis potus, qui nostris majoribus ignoti et primum introducti modice vel parum asſumebantur, quibus plerique ſuo tempore abutebantur; judicat modicum uſum caffeae et theae non notabile incommodum afferre, verum copioſiorem asſumtionem et ob aquam calidam in qua coquuntur, vel infunduntur, incredibile damnum producere; atque hujus abuſus in nostra patria plurima exempla adnotavit; tandem nullis potubus Batavos magis degenerari, enervari et a naturali vi atque virtute privari, quam maxime imtemperato abuſu potuum calidorum Caffeae et *Theae* (2).

Clar.

(1) *Disſertatio phyſico medica de morbis Nervoſis Batavorum*, pag. 249.

(2) *Verhandelingen van de Hollandſche Maatſchappij van wetenſchappen te Haarlem.* XVII. pag. 322, 426.

Clar. Matthias van Geuns ſtatuit uſum quotidianum et copioſum aquarum effectu naturali debere producere mutationem notabilem, quae revera apud nostrates locum habuit, ad quam imprimis retulit debilitationem virium digestionis, non tantum ventriculi et intestinorum, verum etiam partium et organorum ad ſanguificationem et nutritionem adaptatorum; deinde enervationem omnium corporis ſolidarum partium, quoad vires et actiones, ſimul cum univerſali aquoſa tenuitate et abundantia liquorum; et tanquam ſequelas horum univerſalium affectuum conſideravit in nostro aevo maxime multiplicatos morbos ventriculi, pituitam primarum viarum, affectiones pituitoſas, helmintiaſes, calculos biliarios, obſtipationes, ſpasmos, lipothymias et rachitias, atque inter affectiones externas herniae ventrales et in ſexu ſequiori prolapſus, et ſanguifluxus immodicos et decolores. Opinabatur, plurimas et accuratisſimas obſervationes minime probare, *Theam* posſidere vim roborantem, ex iis vero ſecundum ſuam ſententiam patere, excitantem partium volatilium proprietatem ſimul perturbare ſenſus, atque propterea incommodam capiti et nervis esſe. In eo autem cum plurimis convenit, *Theam* perſpirationem et diuresin promovere, hinc calculos imminuere (1).

Inter benigniores cenſores potuum calidorum Doct. de

(1) *De ſtaatkundige handhaving van der ingezetenen gezondheid aangeprezen, en in eenige proeven voorgedragen.* pag. 288 et 318.

de la Geneste memorare posſumus, qui horum potuum uſum valde commendavit, atque in concluſione ſuae disſertationis hisce verbis loquitur: „ rara in morbis quibusvis et in ipſa ſamitate est conditio, ſeu aetatem, ſexum, vitae genus, temperamenta, caetera ſpectes, quae potus nostros non admittat; ſive petantur ex conſuetudine, ſive ex conſilio praeſcribantur," deinde adjecit: „ ſilentio praetermittam varios morbos olim frequentiores hodie, dum tepidorum ſorbillatio, cereviſiarum potationem excepit longe rariores, morbos puta ſcorbuticos, arthriticos, calculoſos, imo omnem cohortem, ita ut hac iterum ex parte nequaquam potus nostri ſua laude ſint defraudandi" (1).

Doct. Hildebrand dicit, *Theam* propter proprietatem narcoticam potui quotidiano aptam non esſe, eam vero conſiderat tanquam remedium optimum antiſpasmodicum, ſed hypochondriacis nocens, excepto tamen, quando illa in pasſione colica ſive in affectione ſpasmodica ventriculi utuntur (2).

Clar. Virey animadvertit, *Theam viridem* plus agere in ſystemate nervoſo, quam *nigram*; judicium autem iniquum de *Thea* fert, nam multos quoque effectus *Theae* tribuit, qui revera

abu-

(1) *Disquiſitio medica inauguralis de calida Nostratratium potatione pro ſanis et aegrotis benignius, quam hodie fieri ſolet, aestimanda*, pag. 49.

(2) C. W. Hufeland *Journal.* Tom III. pag. 44.

abusu produci possunt, verum feliciter apud nostrates nondum ita universales sunt quam scribit (1).

Ex praecedentibus satis patet, usum potuum tepidorum universe non posse commendari, cum non tantum debilitatem afferant nervorum, verum etiam ceterorum organorum, imprimis si majori copia assumantur. Robustioribus, qui corpora occupationibus suis quotidie movent, atque perspirationem cutaneam augent, non ita nocere potest, quam debilioribus, qui vitam sedentariam degunt; in quibus functiones naturales plurimum lentius procedunt et facilius turbantur. Est imprimis ventriculus, qui primos patitur effectus, fibrarum relaxatione ad suas functiones minus aptus redditur, atque digestionem turbat. Hisce accedit tanquam effectus naturalis, continuo usu potuum aquosorum, succum gastricum nimis dilui, ut debitum effectum in iis, quae in ventriculo continentur, exercere non possit. Inde nunc sequitur, illud, quod nutritioni et sanguificationi inservire debeat, non satis usui adaptatum esse, quo tunc nutritio laesa locum habet, et humores totius corporis fiunt tenuiores et non satis cohaerentes et continue obstructiones inde etiam ortae, cum his primariae causae plurimorum morborum considerari debent.

Usus Theae tempore matutino non commendandus

(1) *Hist Nat. des medicamens.* pag. 243. *Journal de Pharmacie et des sciences accessoires.* Tom. I. pag. 73.

dus esse videtur, cum imprimis ventriculo jejuno effectum habeat nocivum, nam nimis deluit succos, qui in ventriculo adsunt, tunicas hujus organi denudat, atque propterea facillime actionem nocivam in systema nervosum exercet. Novi aliquem, cui jejuno thea mane bibita semper vomitum fecit. *Theae* infusio, nisi nimia copia assumitur, optime conveniet, duas vel tres horas post coenam, imprimis lautiorem, quia tum diluit massam plurimum jam digestam, et minorem effectum in ipsa organa digestionis exercet, quam si haec minus sint repleta. Copiosior vero *Theae* potus, inprimis quotidie sumtus, saepe nocebit: primum, quia ventriculus eo debilitatur, et deinde, quando perspirationem adauxerit, aëris mutatio et frigus vespertinum, tum saepe catharros et morbos mucosos efficiunt. Vespertino tempore hujus potus assumtio haud raro nocebit iis, qui illum quotidie ventriculo vacuo ingerunt, propter caussas supra allatas; aliis vero, qui *Thea* non assidue utuntur, prodesse potest; nam post perspirationem cutaneam suppressam, hanc theae usus promovebit, cutis functionem durante somno adjuvabit, et probabiliter optatum effectum ita habebit; sic et aliis commodum afferre potest, qui tempore vespertino nimiam copiam ciborum vel potuum spirituosorum assumserint, quorum digestionem adjuvabit, et propter vim sedativam animos excitatos et turbatos sedabit.

Videamus porro quasnam partes usus *Theae* in

producendis morbis nervofis habuerit. Clar. Tissot *Theam* caufam primariam esfe ftatuit multorum morborum nervoforum, atque experientia probatum putavit, hos praecedentibus faeculis quam maxime accrevisfe (1). Doct. Whytt frequentes affectiones ventriculi et nervorum fuo tempore partim exortas fuisfe ex copiofiori *Theae* ufu voluit (2). Et Doct. Bicker dixit, morbos nervofos copiofiores fuisfe fuo tempore, quam pristinis temporibus, ufumque copiofum potuum calidorum confideravit, tanquam fertilisfimum fontem horum morborum; ita ut computaverit, ultra dimidiam partem feminarum in nostris urbibus ob copiofiorem ufum theae et coffeae tales morbos pati (3). Doct. van den Bosch etiam concedit, morbos nervofos in nostra patria quam maxime adauctos fuisfe (4). Quod et affirmat Doct. Michell (5). Clar. van Geuns ftatuit morbos ita dictos nervo-

(1) *Abhandelung über die Nerven und deren Krankheiten.* Leipzig, 1781. Tom. II. pag. 45.

(2) *Verhandeling over de Zenuwziektens.* p. 237.

(3) *Vertoog over de oorzaken welke de Zenuwziektens in ons land zoo gemeen, en thans zoo veel gemeener dan voorheen maken.* pag. 356 et 417. adjectus libro, qui titulum habet, *Verhandeling over de Zenuwziektens enz. door* R. Whytt, *vertaald door* L. Bicker. Et Tissot, *Raadgevingen betrekkelijk de gezondheid der geleerden, vertaald door* L. Bicker. pag. 167 feq., in notis.

(4) *Verh. van de Haarl. Maatfch.* Tom XVIII. pag. 541.

(5) *Disfertatio physico Medica de morbis nervofis, qui in Belgica obfervantur.* pag. 1.

vosos, mucosos et catharrales eorumque effectus inde a divulgatione calidorum potuum apud nostrates haud parum multiplicatos esse (1). Et Clar. Thomassen à Thuessink nos docet neuroses quotidie copiosiores fieri, atque illos maximam partem chronicorum morborum constituere (2).

Et profecto theae usum multum ad proventum horum morborum posse contribuere, repetita argumentatione confirmare necesse non erit; cum ex iis, quae supra disputavimus, satis patet, abusum theae multorum morborum nervosorum causam existere.

Ita quoque intelligitur, usum magnae copiae aquae calidae, promovendo et protrahendo perspirationem cutaneam, corpora reddere aptiora ad morbos mucosos et catharales contrahendos, nam post adauctam perspirationem cutis, illa aeris injuriis facile denuo impeditur. Quamquam ergo thea apta sit ad perspirationem suppressam promovendam, tamen corpora nostra post copiosiorem usum theae facilius aeris injuriis malos effectus patiuntur.

Antea adnotavimus, Sinenses et Japonenses perhibere, se propter usum *Theae* a molestissimo malo

(1) *De staatkundige handhaving van der Ingezetenen gezondheid en leven in eenige proeven voorgedragen.* pag. 278.

(2) *Geneeskundig magazijn door* A. van Stipriaan Luiscius, C. G. Ontyd en M. J. Macquelyn. T. III. P. III. Lugd. Bat. 1804. p. 105. *Handelingen van het Geneeskundig Genootschap onder de zinspreuk*, Servandis Civibus. Tom XIII. pag. 1010.

lo calculi liberatos esse (1). Plurimi Europeorum atque nostratium, *Theae* hanc qualitatem agnoverunt, qua potatores theae, ab hac affectione liberi maneant. Sic Clar. viri Camper, van Geuns et Sinclair affirmant, morbos calculos vesicae ac renum post usum *Theae* rariores factos esse (2). Hoc enim, si antiquorum Medicorum et Chirurgicorum libros evolvamus, facillime observabimus. Morbi calculosi renum ac vesicae, praecedentibus seculis magis apud nostrates observati sunt, quam nostro: Abrahamus Cyprianus exeunte seculo XVII. Anatomes et Chirurgiae Professor Franequerensis, simul dexterrimus Lithotomus, mille et quadringentos calculosos molestissimo hoc malo liberavit (3). Clar. Rau cum anno 1713. *Lugduni Batavorum* Professor Chirurgiae creatus esset, in *oratione inaugurali* testatur, se jam mille quingentas quadraginta et septem felices lithotomias instituisse

(1) Praest. Nieuhof quoque refert, se in *Sina* neminem observasvise, qui de podagra vel calculosa affectione quaerebatur. (*Gezandschap*, pag. 123.)

(2) van Geuns, *de staatkundige handhaving der ingezetenen gezondheid*, *enz.* pag. 330. J. Sinclair's *Handbuch der Gesundheit und des langen Lebens aus dem Englischen*; *in freien Auszuge von* Kurt Sprengel. Amst. 1809. pag. 127.

(3) Vriemoet *Athenarum Frisiacarum libri duo*, Leovardiae, 1758, pag. 740.

fe (1), et fecundum testimonium Doct. Schultens, hic numerus anno 1719. ad bis mille jam accreverat (2). Doct. Beverwyck morbum calculofum renum et veficae affectionem nostrae patriae propriam habuit (3), et fi cum his comparemus testimonia Virorum Doct. Frederici Hoffman, Ruisch, Franken, Denys, Titfingh et Schultens facile patet, calculofas affectiones frequentisfimas fuisfe feculo praecedenti (4). Postea vero fenfim fenfimque rarius hoc malum obfervatum esfe, evidenter nuperime us a Doct. Thysfen demonftratum est (5).

Quamquam negare non posfimus, ufum *Theae* ad calculorum renum ac veficae imminutionem fuas partes contulisfe, tamen nondum probatum est, hanc affectionem propter folum ufum *Theae* rarius hodie occurrere; nam nostrae vitae ratio in multis aliis mu-

(1) Rau, *Orat. de Methodo Anatomen docendi et discendi*, pag. 37.

(2) *Disputatio Chemico-medica de causfis imminutae in Rep. Batavia morbi calculofi frequentiae*, Lugd. Bat. 1802. pag. 9.

(3) Beverwyck's *werken*. Am.ft 1664. *Sckat der ongefontheit*, pag. 37.

(4) Hoffman, *de morbis certis regionibus propriis*. Ruisch, *Obfervationes Anat. Chir.* pag. 1. J. Denys, *Heelkundige aanmerkingen over de Steen*, Amft. 1733. pag. 21. A. Titfingh, *over de Steen*, Amft. 1730.

(5) *Gefchieakundige befchouwing der ziekten in de Nederlanden*. Amft. 1824. pag. 378.

mutata est, atque multae caufae hac in re concurrere posfunt, ut difficillime certum judicum proferre posfimus.

Nonnulli originem calculorum ufui cerevifiarum tribuerunt, et ex ufus harum diminutione illius affectionis remisfionem explicaverunt. Satis autem jam conftat hanc fententiam non posfe defendi, cum inter eos, qui morbis calculofis affecti funt, potisfimum vini potatores obfervati fint, et raro ii, qui inprimis cerevifiam biberent. Immerito igitur hunc potum faluberrimum, potibus tepidis longe praeferendum (1), condemnaverunt; cum illi, qui hodie in provinciis meridionalibus nostrae patriae quotidie cerevifia utuntur, non magis calculis afficiantur, quam potatores theae (2). Sed cum modo in effectum *Theae* inquifivimus, hanc rem non fufius perfcrutemur; verum tantum animadvertemus, debilitatem univerfalem multum posfe conferre ad diminutionem affectionum calculorum. Quamvis tamen etiam *Thea* vi fua diuretica forfitan quoque originem calculorum praecavere vel eorum primordia disfolvere potest; uti probare videtur exemplum attentione dignisfimum, quod adnotavit Clar. T i s s o t, tradens litteras JCti cujusdam, qui fe ipfum, infufione *Theae*

(1) Conf. M. van G e u n s, l. l. pag. 71, 74, 75, 271 et 274.

(2) H. F. T h y s f e n, *Gefchiedkundige befchouwing der ziekten in de Nederlanden*, pag. 380.

Theae frigida adſumta, calculorum morbo liberavit (1).

Effectus notabiles *Theae* in ſequentibus caſibus obſervatos invenimus, atque ex illis efficaciorem effectum *Theae viridis*, quam *Theae nigrae* cognoscimus, cum in plurimis eorum tantum de *Thea viridi* agitur.

Medicinae doctor Londinenſis Andree caſum puellae cujusdam, duodecim annis natu refert; puella haec, quae bona valetudine gaudebat, brevi omnem ciborum cupiditatem perdidit, pallida et languida erat, et musculi ſinistrae partis faciei paralyſi afficiebantur. Post multas tandem disquiſitiones apparuit, omnia haec ſymptomata orta esſe e magna quantitate *Theae*, quam per ſex hebdomades ederat, et ſymptomata haec, ſublata cauſa, ſenſim diminuebantur, atque tandem adhibitis idoneis medicamentis, non amplius obſervabantur (2).

Doct. Lettſom historiam tradit juvenis conſtitutionis debilis, qui multa efficacia medicamenta frustra jam tentaverat contra ſuppresſionem virium vitalium, qua ita melancholicus evaderat, ut in ſtatu periculoſisſimo verſaretur. Cum vero magna copia theae abuti ſoleret, ipſi per-

(1) Tissot, *Raadgevingen*, *enz.* pag. 380.

(2) Andree, *Cauſes of the Epilepſy*, *hysteric fits etc.* pag. 248. *Abhandlung uber die Nerven und deren Krankheiten*, *von* Tissot, Leipzig 1781, Tom. III. pag. 48.

perſuaſit Lettſom, ut aliam diëtam obſervaret, quo facto, ſenſim ſanitatem ſolitam ſibi recuperavit. Cum autem post aliquas hebdomades, donum notabile *Theae viridis*, qualitatis ſuperioris accepisſet, hoc et proximo die magnam quantitatem hujus infuſionis ingurgitavit, qua denuo incidit in pristinam virium ſuppresſionem et melancholiam, cum defectu memoriae et tremore, cum propenſione ad vehementem agitationem mentis propter minutisſimas res, magnamque cohortem incommoditatum ſibi conciliavit. Vir. Doct. eum iterum viſitavit, ille autem omnia ſua mala potu abuſui confestim attribuit; a quo igitur inde tempore ſe ſollicite a *Thea* abſtinuit, pristina etiam ſanitate gaviſus est (1).

Memorabiles etiam ſunt caſus, quos adnotavit Vir. Doct. Percival, quos ergo hic quoque tradam. Vir, qui ſecum conſtiuerat iter pedestre per littus regionis *Devonshire* facere, viae ſe commiſit tempore matutino diei aeſtatis fervidae, postquam asſumſerat infuſionem concentratam *Theae viridis*, qua vero antea uti non ſolebat. Postquam duodecim milliaria anglica procesſerat, lasſatus, eodem potu ſe recreavit, et deinde ſine molestia adhuc novem milliaria perrexit. Calor ei diei omnem cupididatem utendi cibos e carne confectos abſtulit, quibus antea delectari ſolebat. Hanc ob cauſam tertia vice ſumſit infuſionem con-

(1) Lettson, l. l. pag. 77.

concentratam *Theae*, et ſimul panem, praeter nihil comedit. Ante ſolitam horam cubitum ivit, et ſimilem diëtam proximo die ſibi obſervandam decrevit. Mox, postquam in lectum ſe contulerat, ſenſum inſolitum et inquietum in regione cordis percipiebat, quaſi lipothymia afficeretur; ſed, quia ſomno plenus erat, per aliquot momenta ad hanc ſenſationem non attendit, atque duas horas ſomno inquieto transegit, qui brevibus intermisſionibus vigilationum interrumpebatur; respiratio deinde irregularis et anxia obſervabatur. Tandem ſubito, ex ſomno veluti ex paroxismo incubi evigilans, dolorem vehementem ſpasmodicum ſentiebat in regione cordis, et, invitis omnibus conaminibus, fere ſibi videbatur, quaſi in lipothymiam incideret; pulſus erat debilis, irregularis et extra modum dilatens, et debiles paroxismi asphyxiae post quinque vel ſex minutas primas continuo redibant. Magno cum labore famulum dormientem excitaverat, et ab alio aegrotante ſibi duas pilulas opii (unius ſingulas grani), cum parva quantitate ſpiritus vini, et aqua ſibi comparaverat. Hisce medicamentis quodammodo levatus, iterum quiescere conatus est. Et post horam ex ſomno, qui aeque inquietus ac praecedens fuerat, experrectus est, magna anxietate, difficili reſpiratione, et frigido ſudore tectus. Alteram nunc asſumſit pilulam opii, et hauſtum ſpiritus vini et aquae calidae. Haec optatum levamen produxerunt, et tandem incidit in ſomnum ſanum

 et

et profundum, e quo fe folito tempore matutino fanisfimum collegit, miratus fe, ufui opii et fpiritus vini non adfuetum, tamen nullum incommodum fitis, doloris capitis, vel alius fenfationis ingratae habuisfe (1).

Alter cafus, quem cum eo Doct. Harvey communicaverat, huc redit: fcilicet ante plus quam triginta annos, quum folus domi esfet, et ipfe hanc ob caufam januam aperiret, ad eum accedit aliquis, qui quam maxime terrefactus videbatur, et de caufa interrogatus refpondebat, „ venio te rogatum, ut mihi concedere velis, me in tua habitatione mori." Quando fedem occupaverat, alter exploravit pulfum, qui vix fentiri poterat, et valde irregularis erat. Narravit porro aeger, fe jam vifitasfe duos medicinae Doctores, quos autem cum domi non invenisfet, fe ad eum venisfe, ut animam efflaret; quod fecundum ejus fententiam inevitabile erat. Rogavit medicus propter indicationem, cujus deinde oblitus erat, an forte concentratam infufionem *Theae viridis* fumferat? Statim nunc respondit aeger, fe revera praecedenti nocte hujus infufionis magnam copiam fumfisfe, quum vigilaret una cum patruo, qui matutino tempore domo exierat. Mox ei poculum cum fpiritu vini dedit Harvey, eumque in lectum collocavit, ubi per non-

(1) *Neue Sammlung auferlefener Abhandlungen zum Gebrauche praktifcher Aertze.* Tom. III. Leipzig 1818. pag. 701.

nonnullas horas dormivit, et experrectus, liberatus erat ab omni ſenſatione incommoda (1).

Singulari benevolentia erga me Viri Doct. Thysſen duos caſus his addere posſum, quos mecum communicavit hisce fere verbis. „ Hieme anni 1819. vocabar ad Anglum quemdam viginti quatuor annos natum, in quo omnia ſigna vehementis inflammationis intestinorum conſpiciebantur, et ſimul retinebantur excrementa. Narrabat, ſe antea ſemel post uſum potus, *punch* dicti, eodem morbo laborasſe; imprimis autem querebatur, de ſiccitate et ſpasmis oris. Quum de potu, quo uſus fuerat, rogavisſem, intelligebam, eum theam bibere ſolere, et vespere quidem proxime antecedenti magnam copiam infuſionis *Theae* illius *viridis* ſumſisſe; ex cujus uſu apud multos affectionem oris et ventriculi antea me vidisſe memineram. Hortabar eum, ut aquam hordei et emulſionem amigdalarum alternatim biberet, praeſcribebam venae ſectionem et clysmata relaxantia, cum uſu interno oleorum et hyosciami, et post tres dies ſanatus erat; ſed paulo post ex eadem cauſa eodem modo afficiebatur."

„ Anno proximo apud pharmacopolam quemdam veniebam, qui circiter triginta annos natus morbo laborabat, cujus nullam cauſam cognoverat, niſi uſum *Theae Hyſant;* ſummos dolores ſpasmodicos patiebatur cum vomitu, et cerebrum ejus ſymptomatice affectum videbatur; quod autem ſimul cum

(1) l. l. pag 703.

cum ipſo malo, brevi post uſum ſulphureti calcis et decocti radicis valerianae cum hyoſyamo et oleo amygdalarum dulcium ſanatum est."

Hi caſus nos docent, *Theam* non numquam notabilem effectum poſſe habere, et medicorum attentione esſe dignisſimam. Nervi ex illius uſu posſunt affici, et vim ſedativam in his foliis latere videtur, ita ut illorum uſu ſanguinis circulatio retardetur: quam ob cauſam forte nonnullis in caſibus optato effectu medicamentorum aliorum locum occupare potest. Sic in doloribus capitis et post copioſiorem ſpirituoſorum potuum uſum, utilem ſaepe esſe, haud immerito ſtatuitur. Clar. Boerhaave *Theam* quoque inter medicamenta asſumit, cum dicit, *Theam* esſe vomitorium leve nec ingratum. — Praeſcribit nempe *Theam nigram* (*Boei*); cujus drachmae duae vel tres infundantur cum duabus vel tribus unciis aquae; ſpisſus et amarus hauſtus fit, qui ventriculum ſubvertere et pituitam expellere potest (2). In *Gallia* aliisque regionibus *Thea* tanquam diaphoreticum in uſum vocatur, post ſuppresſam perſpirationem.

Univerſe *Thea viridis* plus quam *nigra* nocet. Nonnulli quidem illa impune utuntur, ut a plurimis obſervatum est; permulti quotidie hanc *Theam* ſine ullo incommodo asſumunt; ſic de viro Cel. Howard, qui paucis rebus indigebat, adnotatum invenimus,

(1) *Prael. acad. de morb. nervorum.* L. B. 1761. Tom. I. pag. 182.

mus, eum *Theam viridem* ad animum exhilarandum aptissimam habuisse, quare eam in itineribus ejus semper secum ducebat. (1); sed vel sic tamen alii propter usum *Theae viridis* afficiuntur doloribus ventriculi, anxietate, pulsationibus cordis, sensatione febrili et tremore artuum. Cujus rei exempla haud rara adnotata sunt, et quotidie etiam inter potatores infusionis hujus *Theae* observari possunt, quare plurimae familiae ejus usum anxie evitant.

„ Ipse memini" dixit Doct. Murray, „ ante plures annos, quum sensilitate nervosa singulari, et debilitate ventriculi correptus essem, *Theam viridem* pretiosiorem me bibisse, quae, licet modice nec saturate valde sorbillata, paulo post tamen ebrietatis sensum, memoriae imbecillitatem et languorem insuetum cum displicentia rerum obversantium per tempus in me creabat. (2)."

Neque sola *Thea viridis* talem nocivam vim habet; etenim nonnumquam eundem effectum, post usum *Theae nigrae*, inprimis pretiosioris, observavi, quod autem rarius obtinet, ita ut *Thea viridis* merito censeatur usui quotidiano minus convenire, quam *nigra*.

Nonnulli etiam Idiosyncrasia prae aliis *Thea* affici videntur. Sic Vir. Clar. Numan mihi cau-

(1) *Algemeene Kunst en Letterbode.* Tom. IV. pag. 193.

(2) *Apparatus medicaminum.* Vol. IV. pag. 255.

casum communicavit totius familiae, in Provincia Groningana, quae tanta a *Thea* incommoda semper patiebatur, ut numquam impune potum *Theae* assumere posset. Neque assumtio theae semper cum usu nonnullorum medicamentorum congruit. Sic post assumtionem tartritis potassae et stibii, ut emetici, theae usus non permitti debet, quia principium adstringens *Theae* conbinationem hujus salis turbat, et vim emeticam destruit, uti fit, quando cortex peruvianus cum tartrite potassae et stibii conjungitur; plura enim grana hujus salis cum illo cortice simul assumi possunt, quae tamen nullam emesin producunt. Infusio *Theae* similem effectum exercet in martialia; acidum enim gallarum combinationem init cum ferro, quare post usum salium hujus metalli, usus theae saltem per aliquot hora relinqui debet.

Quamquam propter singularem benevolentiam Viri Clar. Numan occasio mihi fuit, plurima experimenta cum *Thea*, ejusque principiis, instituendi in animali, tamen principia nociva in *Thea* detegere non potui.

Centum grammata *Theae viridis* (*Hysant-Chin*) ovi dedi, ita tamen, ut nullum effectum observarerim. Contra quinque grammata hujus *Theae* cani praebita, anxietatem effecerunt. Atque hoc saepius repetitum semper observavi, et dosis ad decem grammata aucta emesin produxit. Decocta et infusiones concentratae *Theae* semper emesi affece-

runt

runt canes; postquam decoctum vel infusionem viginti grammatum assumserant, mox anxietatem patiebantur, donec haustum rejicerent, et paulo post alacres et sani fierunt.

Oleum *Theae* (1) ex octoginta gramm. *Theae* eductum, nullum symptoma protulit, quum cani illud dedi; neque ejus dimidia pars antea cuniculo praebita ullum effectum notabilem habuit.

Liquor fragrans, quem distillatione centum gramm. *Theae* cum aqua acquisivi, in canibus etiam nullum symptoma effecit.

Nullum vestigium cupri in plurimis speciebus *Theae*, quas examinavi, detegere potui. Sententia nonnullorum, qui auctoritate Cel. Osbeck statuunt, *Theam viridem* in platinis cupreis praeparari, nullo fundamento innititur. Etenim neque ipse vidit, neque aliorum auctoritate affirmat, *Theam viridem* in platinis cupreis exsiccari; verum hoc tantum, tanquam conjecturam proposuit, quae nullis veris observationibus confirmata est (2); et Clar. Neumann recte observavit, om-

(1) Oleum illud praeparavi distillando Aetherem sulphuricum cum *Thea*, et post spontaneam evaporationem Oleum remansit.

(1) Peter Osbeck, *Reise nach Ostindien und China aus dem Schwedischen übersetzt von* J. G. Georgi, Rostock 1765, pag. 209. Ubi invenimus. „Der grüne Thee soll von den jüngeren Blattern, oder auch durch ofteres Rösten, so verandert worden seyn. Da aber einige braune Thee-arten ebenfalls aus zarten jun-

omnem materiem colorantem *Theae* haerere in partibus resinosis (1).

Ac jam ex consensu plurimorum, qui de praeparatione *Theae* apud Sinenses egerunt, potissimum concludendum videtur, omnia instrumenta, quibus ad torrefactionem foliorum *Theae* utuntur, vel ex ferro facta esse, vel vasa esse fictilia. Quod affirmatur a Viris Doct. de Guignes et Macartney (2), quorum hic addit: Sinenses affirmare, cuprum numquam hunc in finem adhiberi, nec vero, ut ipse narrat, utensilia hujus metalli in *Sina* conspici, quum plurimum nummis fabricandis inserviat. Forte etiam, quum effectum *Theae viridis* in nervoso systemate multum efficaciorem esse, quam *Theae nigrae*, observavissent Medici, ac scirent, cuprum fere eundem effectum in organismo humano habere, inde factum est, ut *Theae viridi* cuprum inesse suspicantes, huic *viridis Theae* effectum noxium adscriberent.

Ex jungen Blattern bestehen, und die andere Ursache unwarscheinlich ist; so stelle ich mir vor, dass es von der Verschiedenheit der Gefässe oder Platten, auf welchen der Thee, ihren eigenen Berichten nach, getrocknet wird, herrühre. Es ist nicht unwarscheinlich, dass der grüne Thee auf kupferen, der braune aber auf eisernen Platten geröstet wird, um so viel mehr da der grüne Thee laxiret, welches eine Wirkung des Kupferrostes zu seyn scheint; der braune aber eine entgegen gesetzte Wirkung zeigt."

(1) Casper Neumann, *Chymia Medica dogmatico-experimentalis.* Tom. I. pag. 1195.

(2) de Guignes, *Voyage*, Tom. III. pag. 246. Macartney, *Voyage*, Tom. IV. pag. 7 seq.

Ex hisce omnibus concludendum esse mihi videdetur, theae usum universe rarius prodesse, saepius nocere, illaque herba, inprimis etiam in nostra patria, abuti homines, et Medicorum esse officium, hunc abusum iis, qui debiles sunt et morbis, quos nervosos dicunt, subjecti, dissuadere. Etenim *Theae* effectus quodammodo cum effectu Digitalis purpureae et aliarum narcoticarum plantarum, Hyoscyami nigri, Cicutae virosae, opii ejusque principii morphinae conveniens, nervorum actionem placidam infringit, fibras musculares reddit irritabiliores, et in motus abnormes facile ruentes, unde omnium functionum oriuntur turbae, donec tandem fracta vi vitali omnis generis morbi chronici vitam faciant ipsa morte pejorem. Neque tamen negari potest *Theae* potum maxime conducere in febribus inflammatoriis, catharralibus, exanthematicis cett.

Universe tamen potus frigidi calidis praeferendi sunt. Aer enim, qui in aqua frigida semper adest, optime sanitati conducere merito statuitur; in potibus autem aquosis calidis ille aer, aquae ebullitioneexpellitur.

Neque hominibus sanis modicum usum theae defendendum esse censeam, quamdiu nullum huic usui tribuendum incommodum percipiunt: nam abusus non tollit usum.

T A N T U M.

THESES.

I.

Hominem majore, quam animalia bruta, morborum numero et varietati esſe obnoxium, non tantum ex diverſa corporis fabrica est derivandum, ſed praecipue etiam illius vitae rationi, a naturali ſtatu aberranti, est tribuendum.

II.

Hoc maximum, quoad functiones phyſiologicas ſive organicas, hominem inter et animalia bruta intercedit discrimen, quod in illo vires ſenſitivae, in his irritabiles et vegetativae praevaleant.

III.

Quamvis medicus aegrorum curationem ſaepe diaeta commoda perficere queat, tamen illi non ſit regula, ut ſemper in tali caſu a medicamentorum adhibitione abſtineat.

IV.

Recte HIPPOCRATES (Aphor. 16. Sect. v.) „*Calidum eo frequentius utentibus has affert noxias, carnium effeminationem, nervorum impotentiam, mentis ſtuporem, ſanguinis profluvia, animi defectiones; ad quae mors ſequitnr.*"

V.

Abuſus theae haud raro asſumtionem majoris quantitatis potuum ſpirituoſorum efficit.

VI.

VI.

Recte nonnulli ſtatuerunt, morborum calculoſorum frequentiorem ſeculo praecedente obſervationem, non ab uſu cereviſiae pependisſe.

VII.

Inter principia diverſarum ſpecierum corticis peruvianae quininam, *ut febrifugum*, chinchoninam *potius ut principium roborans conſiderandum esſe puto.*

VIII.

Lingua obſita in febribus intermittentibus non ſemper evacuantia postulat, quando emeſi aut catarſi jam multis primarum viarum ſordibus liberati ſunta egri; et, lingua tamen obſita manente, Cortex Peruvianus vel ſulphas quininae febrem tollendo ſaepe optime huic incommodo occurrit.

IX.

Forte haud ſine justa cauſa ſtatuere posſumus, acidum pyro-lignoſum optimum fore remedium antiſepticum.

X.

Si paulo post nativitatem omnium infantium vaccinatio rite inſtiueretur, atque ita diſpoſitio ad contagium variolarum accipiendum tolleretur, nostrates forte penitus ab hoc morbo liberarentur.

XI.

Utile foret, ad opus inſitionis variolarum vaccinarum in hominibus regulariter inſtituendum, ſi vi-

rus

rus vaccinosum continuo vaccis insitione communicaretur, ut sic semper materies incorrupta haberi possit.

XII.

Character specificus, quo varietates et species plantarum a se invicem semper distingui possint, non datur.

XIII.

Pollen ipse per stigma stilumque ovarium non intrat, sed pulvis tenuissimus pollinis granis contentus, generationem verosimiliter efficit.

XIV.

Solutio salium in aqua non chemice verum mechanice obtinet.

XV.

Generatio entozoörum quae aequivoca dicitur, adhuc in dubium vocari meretur.

XVI.

Post inundationem aquae marinae in hisce terris imprimis usus cinerum turfarum commendandus esse videtur.

XVI.

Carbo animalis non chemice verum mechanice decolorationem liquorum efficit.

L. S.

Sequitur hic Catalogus Auctorum, qui de Thea *ſcripſerunt, quem confeci, cum disſertationem ipſam de hoc argumento conſcriberem. In quo quidem Catalogo Chronologicum ordinem ſecutus ſum, quosque libros ipſe videram nota peculiari (*) diſtinxi. Quod ſi ea re aliquid ad hiſtoriam* Theae *literariam contulisſe videar, nihil me impenſi laboris hujus poenitebit.*

De Theae hiſtoria naturali et uſu multi multum ſcripſerunt, nec omnia tamen aeque fide.

Voltelen.

C A T A L O G U S

Auctorum, qui de THEA *ſcripſerunt.*

MS. arabicum cui titulus, ſelcelet âl-tewârykh oué âl-bilâd oué âlbouchhour oué al-néou'a êl-ismâk oué fyhi i'lm âl felek. 4to. *i. e.* (catenae historiarum urbium, marium, diverſarum ſpecierum piscium, cum disſertatione de Sphaera,) *Gallice editum a Doct.* EUSEBE RENAUDOT, *hoc titulo:* Anciennes relations des Indes et de la Chine de deux voyageurs Mahometans, qui y allèrent dans le IX ſiècle, traduites de l'Arabe, avec de remarques ſur les principaux endroits de ces Relations. *Paris* 1718*[1] 8. *Anglice*, *London* 1732.

1. p. 31 *et* (Remarques ſur les principaux Endroits de ces Relations.) p. 222. ſeqq.
Editio Gallica invenitur in Bibliotheca Regia, quae est Hagae Comitum. *Secundum* Cel. Thunberg, *nonnulli de auctoritate hujus libri dubitaverunt, ſed affirmat* Doct. de Guignes *ſe MS. in bibliotheca publica* Pariſiis *vidisſe; quod omnino affirmatur a* Doct. L. Langles, *qui refert hoc MS.* n°. 597. *in illa Bibliotheca inveniri.* (Thunberg Voyage au Japon. Tom. III. p. 166 in nota.)

GIOVANNI BATISTA RAMUSIO, Navigationi et viaggi. *Venetiis.* 3 vol. fol. Tom. I. 1550, 1554, 1563, 1588, 1613*. Tom. II. 3559, 1563, 1565, 1583*. Tom. III. 1553, 1565, 1583, 1588, 1606*.

**De herba* Theae, *nomine* Chiai Catai, *in hoc libro agitur* Tom. II. *in* Dichiaratione d'alicuni luoghi ne libri di M. Marco Polo con l'Hiſtoria Del Rheubarbaro. p. 15, *b.* Tom. I. *primo editus est anno* 1550; *deinde* Tom. III. *in lucem prodiit anno* 1553; Tom. II. *autem non typis mandari potuit ante annum* 1559, *quia nonnullis ad hoc opus necesſariis carebat auctor; cujus morte impresſio inſuper retardata est,* (*conſ.* NICERON. Mémoires pour ſervir à l'Hiſtoire des hommes illustres. Tom. XXXV. p. 98.). *Editio qua uſus ſum exſtat in Bibliotheca Aca-*

demica Lugduni Batavorum. *Editio annorum* 1554, 1583 *et* 1606 *citatur in* Catalogue des livres de la Bibliothêque de P. A. BOLONGARO - CREVENNA n°. 5768. *et in* FOURNIER nouveau dictionaire portatif de Bibliographie p. 442. *laudatur editio annorum* 1563, 1556 et 1583. BRUNET Manuel du Libraire et de l'Amateur de Livres Tom. III. p. 192. *tanquam optimum commendat editionem* Tom. I 3tae vel 4tae *editionis anni* 1563 *vel* 1588, Tom. II. *editionis* 1583 *et* Tom. III. *anni* 1565. LETTSOM *the natural hiſtory of the Tea-tree* p. 10. *editionem memorat annorum* 1550, 1563, *et* 1588. *Omnes editiones* Venetiis, *in folio*, *editae ſunt*; *plurimae vero memoratae ſunt*, *a* NICERON l. l. p. 99. *et in* HALLERI Bibliotheca Botanica. Tom. I. p. 303, *ſeq.*

JOHANNIS PETRI MAFFEI, Historiarum Indicarum libri XVI. ſelectarum, item ex India epistolarum libri IV. *Romae* 1588. fol. — eodem anno *Florentiae*, fol. — 1589. *Lugduni*, 4. — eodem anno *Coloniae Agrippinae*, fol. — et *Venetiis*, 4. — *Coloniae Agrippinae*, 1590*. [1] 8. — *Bergomi*, eodem anno 4 *Coloniae Agrippinae*, 1593. fol. — *Antverpiae*, 1605. 8. — *Cadomi*, 1614. 8. — J. P. MAFFEI opera latine ſcripta a P. A. SERASSIO in unum corpus collecta, cum auctoris vita. *Bergomi* 1747* [2] II. Tom. 4. — Hist. Ind. libr. XVI. ſelect. it. epist. libri IV. *Viennae Austriacae* 1751* [3] fol. — *Italice* tradotte di latino in lingua toscana da FRANCESCO FERDONATI. *Florentiae*, 1589. 4. eodem anno *Venetiis*, 4. — *Bergomi*, 1749. 2 vol. 4. — *Gallice* de FR. ARNAULT DE LA BOIRIE *Lugduni*, 1604, 8. — par M. DE LA PURE *Pariſiis*, 1665. 4.

1. p. 248, 557. ſelect. epiſt. p. 173.
2. p. 144, 324. de reb. Japonicis. p. 248.
3. p. 119, 268. ſelect. epiſt. p. 99.

Omnes hujus operis editiones, *editione latina anni* 1614 *excepta*, *quae ante annum* 1747 *apparuerunt*, *memorantur* in J. P. MAFFEI operibus latine ſcriptis, a P. A. Serassio in unum corpus collectis. Tom. I. p. XXXIII. *Editio Coloniae Agrippinae* anni 1590 *exſtat in Bibliotheca Academica Ultrajectina*. *Editio anni* 1614 *laudatur in* Catalogue des livres des ci-

de-

devant Jesuites d'Anvers n°. 1982. *et editio Italica citatur in* Biographie universelle ancienne et moderne Tom. XXI. *Paris* 1820 p. 101.

GIOVANNI BOTERO, Della Ragion di stato libri dieci, contre libri della Cause, della Grandezze e Magnificenze delle citta. *Venetiis*, 1589. 4. *Anglice*, 1590. *Latine*, *Ursellis* 1602*[1] 8.

1. p. 882.
Tanquam scriptor de Thea *citatur* in Anderson's commerce Vol. II. p. 138. a Doct. Lettsom in History of the Tea-tree p. 10. et in Encyclopedia Brittannica. Vol. XX. *Edinb.* 1822, p. 228. *Editio princeps citatur in* Dictionaire Historique et Critique par Pierre Bayle. 1730, Tom. I. p. 626. *Editio anglica citatur ab auctoribus supra allatis* ll. ll. *editio latina exstat in Bibliotheca Academica Ultrajectina. Occurrit etiam editio germanica, quod patet ex titulo editionis latinae.*

JAN HUYGEN VAN LINSCHOTEN, Voyage ofte Schipvaert naar Oost- ofte Portugals Indien *Amstelodami* 1596, fol. 1614*[1] 1623, 1644*[2] et 1696. *Anglice*, *Londini* 1598, fol. *Latine*, *Hagae Comitum* 1599 et *Amst.* 1614. *Gallice*, avec les annotations DE B. PALUDANUS. *Amst.* 1610, 1619 et 1638.

1 et 2 p. 35 seq.
Prima editio hujus Eruditissimi Viri itinerarii citatur in Biographie universelle ancienne et moderne Tom. XXIV. p. 536, *in* allgemeines Bibliographisches Lexicon von F. A. Ebert, *Lipsiae*, 1820. N°. 12037. et *in* Brunet Manuel du Libraire et de l'amateur de Livres, Tom. II. p 353. *Anglica editio citatur in* Biographie universelle *ect.* l. l. *ubi etiam de plurimis aliis editionibus mentio fit.*

GIOVANNI BOTERO, le relationi universali 1596? *Venetiis* 1599*[1] 4. *Latine hoc titulo:* Mundus Imperiorum, sive de Mundi Imperiis libri quatuor. *Coloniae Agrippinae*, 1598*[2] 4.

1. Vol. II. part. I. p. 10.
2. p. 123.
Ex dedicatione 20 Martii 1596, quae etiam in alte-

tera editione italica legi potest, videtur prima editio hoc anno in lucem edita fuisse. Editio latina exstat in Bibliotheca Academica Ultrajectina. Patet quoque, primam hujus libri editionem Italica lingua conscriptam fuisse ex monitu editorum; dicunt enim „ Libri Johannis Botteri, *Benesii, cui titulus, Relationes universales: eam partem, in qua describit opes, vires, regimenque Principum* Europae, Asiae, Africae *et aliorum, quos universales dicit, quod multa scitu digna contineret, ex italico idiomate in Latinum versum excudi curavimus."*

Texeira, Relaciones del origen de los Reyes de Persia y de Hormuz. *Amberes*, 1610[1]. *Gallice, Paris.* 1681, 2 vol. 8.

1. p. 19.
Editio princeps memoratur a Lettsom l. l. *Gallica, cui titulus:* Voyage de Terceira ou l'Histoire des Rois de Perse, traduit de l'Espagnol. *citatur in* (van Goens) Catalogue d'une Bibliotheque de litterature, *Utrecht* 1776. Tom. II. p. 513. N°. 14977.

Pierre de Jarric, histoire des choses les plus memorables, advenues des Indes Orientales. *Burdegalae.* 1610—1614. 3 vol. 4. a M. Matthia Matinez e Gallico in Latinum sermonem translatus. *Coloniae Agrippinae*, 1615*[1] 3 vol. 8.

1. Tom. II. Lib. II. cap. XVII. p. 589.
Princeps editio citatur in Catalogue de livres des ci-devant Jesuites d'Anvers N°. 3021; *haec editio ut et latina, quae exstat in Bibliotheca Ultrajectina citantur in* Catalogue des livres de la Bibliotheque de M. C. de la Serna Santander. N°. 5505 et 5506. *in* Catalogue de livres du Collège des ci-devant Jesuites de Louvain. *Histoire*, N°. 1851. *citatur hujus libri editio latina anni* 1605, Coloniae Agrippinae, *sed probabiliter est vitium typographicum pro* 1615.

Nicolai Trigaultii Historia de Christiana expeditione apud Sinas, suscepta a societate Jesu ex Matthaei Ricci Commentariis, *Augustae Vindelicorum*, 1615*[1] 4. *Lugduni* 1616, 4. *Co-*

lo-

loniae Agrippinae, 1617, 8. *Gallice*, *Paris.* 1628. 8.

1. p. 16 et 69.
Prima editio exſtat in Bibliotheca Academica Ultrajectina. Editio anno 1616 *edita*, *citatur in* Catalogue des livres du Collège de ci-devant Jeſuites de Louvain. *Hiſtoire*, N°. 857. *Editio anni* 1617, 8. *memoratur*, *in* Bibliotheca Burmanniana Petri Burmanni Secundi, N°. 1340. *Editio Gallica quoque laudatur in* Catalogue des livres des Jeſuites de Louvain, *Hiſtoire*, N°. 1879.

CASPARI BAUHINI Pinax theatri Botanici, ſive index in Theophrasti, Dioscoridis, Plinii etc. Opera. *Baſiliae* 1623*[1] 4. 1671*[1] 4. et 1683, 4.

1. p. 147.
Hae editiones citantur in Halleri Bibliotheca Botanica, Tom. I. p. 385.

SIMON PAULI Commentationes de abuſu Tabaci et herbae Thee. *Rostochii*, 1635. *Argentorati*, 1661, 4. 1665* et 1681, 4. *Francofurtii*, 1708. *Anglice*, by R. JAMES. *Londini*, 1746, 8.

Editio anni 1661 *citatur a Cel.* Niceron. l. l. Tom. III. p. 2. *compendium hujus libri ſecundum editionem anni* 1665 *invenitur in opere* Journal des Savans. Tom. I. p. 558.

SIMON PAULI Quadripartitum botanicum de ſimplicium Medicamentorum facultatibus. *Rostochii*, 1639, 4. et 1740, 4. Auctum et emendatum. *Argent.* 1667* et 1674, 4.

Editiones annorum 1639, 1640 *et* 1667. *citantur a Cel.* Niceron l. l. Tom. III. pag. 24. *Editio anni* 1667 *exſtat in Bibliotheca Academica Ultrajectina.*

NICOLAI TRIGAULTII Regni Chinenſis deſcriptio ex variis auctoribus. *Lugd. Bat.* 1636*[1] 16.

1. p. 35.
Iisdem verbis de Thea *loquitur auctor*, *atque in libro ſupra laudato.*

Olai Wormii Musaeum Wormianum, seu Historia rerum rariorum tam Naturalium quam Artificialium, tam Domesticarum quam quae Hafniae Danorum in Aedibus Authoris servantur. *Hafniae*, 1642. *Lugd. Bat.* 1655*[1] fol.

1. Libr. II. cap. XIV. p. 165.
Editio anni 1655 *exstat in Bibliotheca Academica Ultrajectina.*

Jacobi Bontii de Medicina Indorum. *Lugd. Bat.* 1642, 12. *Amst.* 1658, 12. *Paris.* 1646. *Amst.* 1658, fol.

Begin en voortgang van de vereenigde Oostindische Compagnie. Amst. 1646* 2 vol.

De thea agitur Tom. II. in narratione cui titutulus: verhaal van de Reize, gedaan naar de Oost-Indien en na China, met elf schepen, door den Admiraal Cornelis Matelief de jonge, *in de jaren* 1605, 1606, 1608 *en* 1609. *p.* 102. *Iter hoc separatim eodem titulo editum est*, Amst. 1648* *in* 4. *de* thea *legitur p.* 103.

Adam Olearius Persianische Reisbeschreibung. *Slesvici*, 1647, 1656, 1663, fol. 1671. *Hamburg.* 1696. *Anglice* by Joh. Davisius. *Lond.* 1666. *Gallice* par A. de Wicquefort *Paris.* 1656, 4. 1659, 2 vol. 4. 1666, 2 vol. 4. 1679, 2 vol. 4. *Lugd. Bat.* 1719* fol. *Amst.* 1727, fol. *Belgice Ultraj.* et *Amst.* 1651. *Amst.* 1691, 4.

Prima editio citatur in Rotermundi *Lexico. Tom. IV. p* 550. *Editio Gallica anni* 1656 *citatur ab* Ebert *l. l. Tom. II. p.* 229. *Prima editio Belgica citatur a Cel.* Niceron *l. l. Tom. XI. p* 198. *quo loco plurimae aliae editiones etiam memorantur.* Arrenberg Naamregister van nederduitsche boeken, *Roterod.* 1775. *citat alteram editionem Belgicam. Omnes ceterae editiones in* Rotermundi *Lexico. Tom. V. p.* 1042. *memoratae sunt.*

Johann Albert van Mandeslo Morgenlandische Reisbescheibung nach des Autoris Tode ausgegeben durch] Adam Olearius. *Slesvici*, 1647,

1647, fol. 1658, fol. *Hamburg* 1696, fol. *Gallice*, *Paris* 1659, 1666 et 1679, 2 vol. 4. traduit en Francois par A. Wicquefort. *Lugd. Bat.* 1719* fol. *Amst.* 1727 et 1737, fol. *Belgice Amst.* 1658, 4.

Diversae editiones hujus Itineris citantur in Rotermundi *Lexico*, Tom. IV. l. l. *et in* Biographie universelle Ancienne et Moderne, Tom. XXI. p. 462. *Saepisſime inter se confunduntur diversae editiones itineris Persici et Orientalis et diversorum auctorum citationes editionum minime conveniunt*, *idque inde forte ortum est*, *quod idem opus diverso titulo saepius in lucem editum est. Optimae editiones sunt versiones Erud.* Wicquefort. *hisce titulis:* Jean Albert de Mandeslo. Voyage fait de Perse aux Indes Orientales, mis en ordre et publié après la mort de l'Illustre Voyageur, par Adam Olearius, traduits par A. de Wicquefort *Lugd. Bat.* 1719. 2 Tom. en 1 vol. fol. et Adam Olearius Voyage fait en Moscovie et en Perse, *Lugd Bat.* 1719 2 Tom. 1 vol. *quae opera iterum in lucem prodita sunt eisdem titulis Amstelodami* 1727. (Conf. Brunet l. l. Tom. II. p. 580.)

Morisset. ergo Thea Chinensium menti confert. *Paris.* 1648.

Citatur a G. G. Ploucquet. litteratura medica digesta, Tom. IV. p. 165.

Berhhardi Varenii descriptio Regni Japoniae ex variis auctoribus collecta et in ordinem redacta. *Amst.* 1649*[1] 16. *Cantabrigae* 1670 et 1673.

1. p. 161.

Johannis Bauhini et Joh. Cherleri historia plantarum universalis nova et absolutissima cum consensu et dissensu circa eas, recognita et aucta a D. Chabraeo juris vero publici facta a Francisco Ludovico a Graffenried Dom. Gertzenzee; continens descriptiones stirpium etc. *Ebroduni* 1650—1651* fol. 3 vol.

Ni.

NICOLAI TULPII Obfervationum medicarum libri IV. *Amft.* 1652, 1672, 1685, 8. *Lugd. Bat.* 1716*[1] 1739*[1] 8. *Belgice ab ipfo auctore verfat. Lugd. Bat.* 1740*[2] *Amft.* 1650, 8.

1. p. 380. 2. p 518.
Libri tres obfervationum medicarum primo editi funt Lugd. Bat. 1641. *fed cum in quarto libro de* thea *agitur, illius quidem editionis mentio hoc loco fieri non potest.* Haller *in* Bibliotheca Anatomica *de quadam editione anni* 1644 *loquitur, et* Wittwer *in Biographia* Tulpii *editionem fextam ad annum* 1738 *refert.*

MARTINI MARTINII Novus Atlas Sinenfis. *Amft.* 1655*[1] fol.

1. p. 9.
Exftat in Bibliotheca Academiae Lugduni Batavorum.

MARTINI MARTINII Historia Sinica. *Monachii* 1658, 4.

GULIELMI PISONIS de Indiae utriusque re naturali et Medica. *Amft.* 1658* cui libro additi funt JACOBI BONTII Historiae naturales et Medicae Indiae Orientalis commentarii; quos auctor morte in Indiis praeventus indigestos reliquit, a GULIELMO PISONE in ordinem redacti et illustrati, atque annotationibus adaucti: *belgice* Oost- en Westindifche warande. *Amft.* 1694. *Anglice* an Account of the Difeafes, Natural History and Medicines of the East Indies. *Lond.* 1769.

DIONYSII JONCQUET Hortus, five Index onomasticus plantarum, quas excolebat Parifiis, annis 1658 et 1659. Accesfit ad calcem ftirpium aliquot paulo obfcurius denominatarum officinis Arabibus aliisque per CASPARUM BAUHINUM explicatio, *Paris,* 1659*[1] 4.

1. *In tractatu* C. Bacchini pag. 25. *Exftat in Bibliotheca Academica Ultrajectina.*

ROBERT BOYLE, Ufefulnefs of Experimental Philofophy. *Oxoniae* 1663–1671, 4. *et in edi-*

editione operum, *titulo:* The Philofophical works a Petr. Shaw. *Londini*, 1725. 4. Tom I. p. 3. *et ibidem*, 1744*[1] 5 vol. fol. *latine:* Excercitationes de utilitate philofophiae naturalis. *Lindav.* 1692, 4.

1. Tom. I. p. 423 et 492.

JOAN NIEUHOF, befchrijving van het Gezandfchap der Nederlandfche Oostindifche Compagnie aan den grooten Tartarifchen Cham nu Keijfer van China, *Amft.* 1665*[1] fol. *cui accesfit*, Algemeene befchrijving van het rijk Sina[2]. *ibid.* 1693. *Gallice*, par JEAN LE CARPENTIER. *Lugd. Bat.* 1665, fol. *latine*, a GEORGIO HORNE. *Amft.* 1668, fol. 1675[3] et 1681, 4. *Germanice*, *Amft.* 1655* *et* 1669*[4]

1. p. 46. 2. p. 122. 3. p. 74. 4. p. 324.

Philofophical Transactions. Vol. I. for anno 1665 and 1666*[1].

1. p. 249.

ATHANASII KIRCHERI China illustrata, *Amft.* 1667*[1]. fol.

1. p. 179.
Prima hujus operis editio forte. Romae 1664 *apparuit; fed illam editionem non citatam inveni.* In Catalogue des livres de M. P. A. B. Crevenna N°. 6692. *citatur editio*, *Antv.* 1667.

ERASMI FRANCISCI Ost- und Westindifcher lust und ftaats Garten. *Norimberg.* 1668, fol.

Testante Jacobo Breynio, *in libro cui titulus:* Plantarum exoticarum Centaria prima, *Gedani* 1678. p. 114. *de* thea *agitur p.* 291. *citatur in* Halleri Bibl. Bot. Tom. I. p. 583.

ARNOLDUS MONTANUS, Gefantfchappen aan de Keizeren van Japan. *Amft.* 1669*[1]. fol.

p. 5. *iisdem fere verbis narrationem* Jani Huig. a Linschoten *refert.*

JOHN OVINGTON's esfay upon the nature and qualities of tea. *Londin.* 1669, 1699 et 1705, 8.

Prima editio citatur a K. F. Burdach, die litteratur der Heilwisſenſchaft. Tom. II. p. 308. *Ceterae memorantur a Doct.* Boehmer *in* Bibliotheca Hiſtoriae Naturalis. Part. III. Vol. II. p. 558.

O. Dapper, het tweede en derde Gezandſchap, benevens eene beſchrijving van geheel Sina. *Amſt.* 1670*[1] *et* 1693, fol. *germanice*, *Amſt.* 1680.

1. *In deſcriptione* Sinae, p. 226.

Paul Sylvestre Dufour, de l'uſage du Thé, Caphé et Chocolate. *Lugd.* 1671, 12. *et auctius* 1685, *eodem anno* ſuivant la copie de Lyon *Hagae Comit.* 12. *Lugd.* 1688 * 8. *et ſub titulo* Traité du Caffé, Thee et Chocolate, avec les meilleurs methodes pour compoſer la Chocolate par Disdier, *Hagae Comit.* 1693. 12. *latine* Jacobi Sponii Tractatus novus de potu Caphe et Chinenſium Thé et de Chocolate. *Pariſ.* 1685*. 12. et *Genev.* ab eodem 1699. 12. *Germanice ſub titulo:* Franc. Milch. Disdier, Beſchreibung des Caffee, The, Chocolate und Tabaks. *Hamburg*, 1684*.

A Doct. Burdach *memorantur editiones hujus libelli annorum* 1671, 1684 et 1688. *De hoc opusculo conferatur* Biographie ancienne et moderne. Tom. XII. p. 149. *editio* Hagae Comitum *citatur in* Nouvelles de la Republique des lettres. Mai, 1685. Art. IV. Oeuvres de Bayle Tom. I. p. 284. *Ubi nonnulla de hoc opusculo legi posſunt. Ex libello* Sponnii *patet hanc esſe verſionem libri Praeſt.* Dufour *quamquam hoc in titulo non dicitur; quod confirmatur in libro*, Nouvelles de la Republique des lettres, Juin 1686; Pierre Bayle Oeuvres diverſes. Tom. I. p. 571. et a Vincentio Placcio *in* Theatro anonymorum et Pſeudonymorum, *Hamburgi*, 1708. p. 254.

Simon de Molinariis, Ambroſia Aſiatica, ſive de virtute et uſu herbae Theae, ſive Cia, *Genuae*, 1672. 12.

Marcus Mappus, de Thea, Coffea et Chocolata, *Argent.* 1675, 1691 et 1695* 4.

THOMAE BARTHOLINI, Acta Medica et Philosophica Hafniensia. Vol. III et IV. anni 1676. *Hafniae*, 1677*. 4.

Tom. IV. Part. I. p. 1. De herba Thea Asiaticorum ex epistola Dn. Andreae Cleyrs scripta 20 Febr. 1674. *Bataviae Novae in Insula Jaccatrens Java majoris* ad Simonem Pauli et p. 3. litterae ejusdem scripta 13 Febr. 1675.

JACOBI BREYNII Plantarum Exoticarum, aliarum minus cognitarum Centuria Prima. *Gedani* 1678*[1]. fol. cui accessit Wilhemi ten Rhyne excerpta ex observationibus suis Japonicis Physicis de frutice Thee etc.

1. p. 111.
Exstat in Bibliotheca Academica Ultrajectina.

CORNELIS BONTEKOE, Tractaat van het excellenste kruyd Thee. *Hagae Comitum*, 1678, 12. 1679* et 1685, 8*. *Libellus de thea quoque extat in libro, hoc titulo:* alle Philosophische, Medicinale en Chymische werken van den Heer CORNELIS BONTEKOE, 2 vol. *Amst.* 1689*. 4. II. vol. *et germanice in* Abhandelungen vom menschlichen leben. *Budissinae*, 1688[1], 8.

1. p. 464.

